


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 C
19

NICOLAI

CLENARDI GRAMMATICA GRÆCA

A STEPHANO MOQVOTO *è Societate* IESV *recognita, ad Vsum Collegiorum eiusdem Societatis.*

Addita est Syntaxis cum ijs partibus Grãmaticæ quę adhuc in Clenardo desideratę fuerant.

Vna cum Compendio Regularum.

EDITIO QVARTA.




PICTAVII,
Apud A. MESNIER, & I. THOREAV,
Regis & Academiæ Typograph. 1623. 4

Cum Priuilegio regis.



BENEVOLO LECTORI.





Ræceptiones Grammaticas non ex solis Grammaticorum obseruationibus, sed maximè ex assiduâ scriptorum qui classici vocantur, lectione colligendas prudens quilibet facilè concesserit. Eam ob rem librorum primæ notæ multitudinem ingentem non sine molesto & fastidij pleno labore euoluimus: vnde quantam vtilitatem perceperimus lector intelliget, licet auctorum ex quibus singula deprompta sunt nomina non videat. Excreuisset opus in nimiam molem, si & locos & scriptores passim laudauissemus. Hoc te monitum velim, beneuole Lector, ne offendaris si hanc quartam editionem auctoritatibus minutam potius quàm auctam deprehendas: pauculas retinuimus non ita tritas, ex quibus de aliis iudicium ferri poterit. Optima linguæ Græcæ promouendæ methodus non in decumanis Grammaticis, quæ iuuenes solo aspectu terreant, non in minutis, aut iis quæ vix fortè occurrunt, sita est, sed in necessariis præceptionibus, quarum nec



breuitas obſcuritatem pariat, nec verborum copia lectorem fatiget potius quàm iuuet.

Exempla appoſuimus, non vt illis memoria puerorum obruatur, ſed ne Magiſtris Grammaticam explicaturis, aut diligentioribus inter diſputandum deſint: commodius ſiquidem ante oculos habentur, quàm aut deſcribenda proponantur, aut ſine iudicio à Scholaſticis conquirantur. Non luſerint tamen operam diligentiores retinendis ijs, quæ prudentes attulimus, & experientur quantum emolumentum inde proueniat: legendo ſiquidem & ſcribendo paſſim ſe offerent quæcunque ex Grammaticâ retinuerint.

Quod ad ordinem pertinet, eum ſequuti ſumus quem Grammaticæ ratio poſtulat, vt primo loco regula generalis ponatur, tum exceptiones ordine ſubijciantur, vt vno quaſi obtutu facilius omnia comprehendantur: & hic ordo diligenter attendendus, & pueris frequenter laudandus, vix enim credi poteſt quantum ex illo memoria iuuetur & præceptiones commodè ediſcantur. Quoniam verò inferioribus claſſibus tam multa proponi non debent, Appendices non erunt tradendæ in quarta & quinta, ſed tantum in tertia & ſuperioribus claſſibus. Obſeruationes verò nullibi legendæ, ſed notandæ tantum, & iudicio Magiſtri relinquendæ.

Sicubi hæ voces, *quædam nonunquam interdum*, & ſimiles reperiantur, ideo appoſitas noris, ne inter legendum hæreas, vſus ſi quæ deſunt docebit: nec enim congerenda ſunt infinita

exempla aut exceptiones, quibus mirum quantum retardatur diligentiorum industria. Fruere interea labore nostro : si quid assidua lectio vlterius suppeditet, facilè adijcietur. & proprij laboris fructus iucundiores erunt : appositis contentus esto.

In nominibus, præpositionibus & verbis, à citandis auctoribus abstinemus, quia prostant lexica, Thesaurus linguæ Græcæ, Budæus, & Etymologus, in quibus omnia confirmata pluribus testimonijs reperientur.

Quæ de Accentibus tradita sunt, breuiora fortassis alicui videbuntur : sed velim perpendat æquus lector, copiosiorem esse tractatum, quàm primâ fronte esse videatur. Siquidem Pronominum accentus, Verborum, Participiorum, Aduerbiorum & Præpositionum, ad illas orationis partes explicati sunt. Interjectiones ex cap. 9. Syntaxeos cognoscentur. Coniunctiones ferè omnes cap. 23. eiusdem Syntaxeos propositę sunt. Solum ergo Nomen superest : sed quia ingens regularum numerus congerendus foret, & major exceptionum cumulus, satius iudicatum est Lectorem ad Lexicon remittere, quâm illum tot notis obruere veriùs quàm iuuare. Vix vllus est qui Lexico careat. Attendat ergo industrius iuuenis aliquid Græcè scripturus quo accentu notetur nominatiuus singularis : hoc vbi semel deprehenderit, facilè ex allatis regulis sequentium casuum accentum collocabit.

In Syntaxi vbi res facilis est, exempla paucissima apposuimus. Plerique ad manum habēt

Lexicon, Locutiones Bilij, aut Colligraphiam: hi libri plurima subiicient maximè pro capitibus 13. 14. 19. & 20. Sed præcipuè Lucianus, cuius selectos dialogos superiore anno eum in finem edidimus. Optandum enim foret, imo procurandum est, vt iuuenes auctorũ lectionem aggrediantur. Quorsum ergo Demosthenem, Aristotelem, exterosque in res tritas protulissemus? Neque enim vnquam tyrones libros illos adierint fidem nostram tentaturi. Sicubi auctoritates protulimus, non est vt Scholastici eas memoriæ tradant, sed vt ex illis reconditiores loquendi modos facilius intelligant. Satis erit si regulæ verba ediscant, & strenuè quà legendo, quà scribendo se exerceant.

Quia molestius fuisset sæpius repetere τὸ *Poeticè*, majusculam literam P. solitariam apposuimus, quâ significatur *Poeticè*, *Poeticum*, vel quid similè, vt contextus orationis exiget.

Si quæ autem quantitati deesse videbuntur, ea ex diuersis Grammaticè Locis, Lexicis, Epithetis Græcis, sed imprimis ex Poetarum frequenti & diligenti lectione petenda sunt: nec ita hæredum in Grammaticorum regulis, quæ suâ mole, optimè alioqui affectos iuuenes, à Græcis auocant. Sufficiant regulæ generales, cum iis quos indicaui libris. Quorsum enim terere tempus in peruestigandis vocibus, quarum aut nullus aut rarissimus est vsus? Lectioni & compositioni danda est opera, & experientia confirmabit, tandem fabros fabricando fieri. Quod si quis plura exempla desiderabit, quàm

quæ huc à nobis congesta sunt, aperiat quamlibet Homeri paginam: & occurrent primo intuitu pleraque, videbitque frustra conquisitis exemplis amplificari Grammaticas, cum vel pueri breuissimo tempore, ea vndecunque habere possint. Hoc qui voluerit experiatur: & ipsi Magistri suos hoc modo informare ne dedignentur.

Quoniam verò deprehendimus longissimè distare Poetas Græcos ab iis qui solutâ oratione scripserunt, ne ex eo mutandæ sæpius Grammaticæ occasio captetur, aut omnia in vnum librum congerere sit opus, vnde magna confusio sequeretur, dabimus operam, ne hac etiam in re poeseos cupida iuuentus nostram desideret industriam. Curabimus enim eum librum (modo Deus nostris votis annuat) qui omnia Poetices mysteria euulgabit; non in iis tantum quæ Grammaticam spectant, sed quæ sublimiora attingunt.

STEPHANVS MOQVOTVS,
Niuernensis è Societate IESV.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAr grace & Priuilege du Roy, il est permis à Antoine Mesnier Imprimeur du Roy & de l'Vniuersité en la ville de Poictiers, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé *Nicolai Clenardi Grammatica Græca, &c.* & deffences sont faictes à tous autres Imprimeurs & Libraires de l'imprimer ou faire imprimer, vendre ny distribuer pendant le temps de dix ans (sans le consentement dudit Mesnier) sur peine de confiscation des exemplaires, d'amende arbitraire, & de tous despens dommages & interests enuers luy, ainsi qu'il est plus amplement porté en l'original, à la charge d'en mettre deux en nostre Bibliotheque publique à present gardée au Conuent des Cordeliers de ceste ville de Paris, auant que de les exposer en vente suiuant nostre reglement, à peine d'estre decheuz du Priuilege. Donné à Paris le dix-huictiesme iour d'Aoust, 1618. & de nostre regne le neufiesme.

Par le Roy en son Conseil, RENOVARD.

Ledit Mesnier cõsent que Iean Main & Iulian Thoreau iouyssent du mesme Priuilege cy dessus cõme luy mesme, pour le temps y porté du dix-neufiesme Auril. 1620.

PRIVILEGIVM.

IOANNES DE LA RENAVDIE Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Aquitaniæ iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis HENRICO III 10. Maij, 1583. & HENRICO IIII. 20. Decemb 1606. & LVDOVICO XIII. nunc regnante 14. Februar. 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant: permittit IVLIANO THOREAV, & socijs vt librum qui inscribitur NICOLAI CLENARDI *Grãmatica Græca ab vno è Patribus Societatis* IESV *recognita & in meliorem ordinem redacta ad vsum Collegiorum eiusdem Societatis*, ad proximos decem annos imprimere ac liberè diuendere possint. Datum Pictauij 5. Augusti, M.DC.XVIII.

IOANNES DE LA RENAVDIE.



GRAECORVM LITERÆ.

Nomen.		Figura.	Poteſtas.
Αλφα	*Alpha*	Α α	A a
Βῆτα	*Vita*	Β β ϐ	B b
Γάμμα	*Gamma*	Γ γ ʃ	G g
Δέλτα	*Delta*	Δ δ ẟ	D d
Εψιλὸν	*Epſilon*	Ε ε	E e
Ζῆτα	*Zita*	Ζ ζ ζ	Z z
Ητα	*Ita*	Η η	E ê
Θῆτα	*Thita*	Θ ϑ θ	Th th
Ιῶτα	*Iota*	Ι ι	I i
Κάππα	*Cappa*	Κ κ	C c Qq
Λάμβδα	*Lambda*	Λ λ	L l
Μῦ	*My*	Μ μ	M m
Νῦ	*Ny*	Ν ν	N n
Ξῖ	*Xi*	Ξ ξ	X x
Ομικρὸν	*Omicron*	Ο ο	O o
Πῖ	*Pi*	Π π ϖ	P p
Ρῶ	*Rho*	Ρ ϱ ρ	R r
Σῖγμα	*Sigma*	Σ ϛ σ ς	S ſ s
Ταῦ	*Tau*	Τ τ ⸆	T t
Υψιλὸν	*Ypſilon*	Υ υ	Y y u
Φῖ	*Phi*	Φ φ	PH ph ff
Χῖ	*Chi*	Χ χ	CH ch
Ψῖ	*Pſi*	Ψ ψ	PS bs
Ωμέγα.	*O magnum*	Ω ω	O o

CONSONANTES
- Mutæ nouem
  - Tenues, π, κ, τ. A
  - Mediæ, β, γ, δ.
  - Aspiratæ, φ, χ, θ.
- Duplices tres, ζ, ξ, ψ.
- Liquidę siue immutabiles quatuor λ, μ, ν, ρ.

VOCALES septem
- Longæ, η, ω. B
- Breues, ε, ο.
- Ancipites, α, ι, υ, quæ & communes dicuntur.

DIPHTHONGI.

Ex vocibus fiunt DIPHTHONGI duodecim, quarum:

C

Propriæ sunt sex:	Improprię quoq; sex.
αι, αυ : ει, ευ : οι, ου:	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ
æ, au : ei, eu : oi, ou.	e, e, o, eu, ui, ou.

Vocales Præpositiuæ quinque, α, ε, η, ω, propterea quod aliis præponantur: Subjunctiuæ duæ, ι, υ, quod postponantur.

Faciunt vero per se singulæ syllabam, quoties posterior duobus in apice punctis notatur, D παῖς dissillabum *puer* vel *puella*; ἄϋπνος, trissyllabum, *insomnis*. Quod si duo illa puncta remoueantur, redeunt vocales in vnam diphthongum & syllabam, ἄστεϊ, ἄστει : λητόϊ, λητοῖ.

In tribus ᾳ, ῃ, ῳ, vocalis ι non ad latus affigitur, sed infrà scribitur: nisi in majusculis & initialibus literis, Aι, Hι, Ωι.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

ACCENTVS tres. { Acutus ´ θεός, λόγος, τύπτομαι.
Grauis ` τιμὴ.
Circunflexus ˜ ποιῶ, βοᾶτε.

B Acutus & circunflexus attollunt syllabam quam afficiunt, grauis deprimit.

SPIRITVS duo. { Asper siue dasus ʽ ἅμα *hama, simul.*
Lenis siue tenuis ʼ ἐγὼ ego.

Semper autem vocalis aut diphthõgus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. Consonans ρ, in principio dictionis aspiratur, ῥώμη rhomi, *robur*: in medio vèro si geminetur, prio-
C re loco leuigatur, posteriore aspiratur, πύῤῥω porrho, *longè*.

APOSTROPHVS ʼ nota est reiectæ vocalis α, ε, ι, ο, aut diphthongi, αι, οι, à fine dictionis: quod fit ob sequentem in alia dictione vocalem aut diphthongum, vt πάντα ἔλεγον, πάντ᾽ ἔλεγον, panelegon, *omnia dixi*: quæ si aspiretur, migrat præcedens tenuis in aspiratam, ἀπὸ οὗ, ἀφ᾽ οὗ
D aphou, *à quo*: κατὰ οὗ, καθ᾽ οὗ cathou *contra quem*. Si duæ præcedant tenues, mutantur in suas aspiratas, νύκτα ὅλην νύχθ᾽ ὅλην nyctholin, *totam noctem*.

Γ ante γ, ξ, χ, sonat perinde vt ν, ἄγγελος angelos, *angelus*; λύγξ, lynx, *singultus* vel *lynx*, fera; ἔγχος enchos, *hasta*. Sic ante κ, sed ipsum κ, sonandum vt g, πέφαγκα pephanga, *apparui*.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

PARTES ORATIONIS Octo, Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpoſitio, Conjunctio.

Caſus quinque, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus. Siquidem B
Ablatiuo Græci carent.

Numeri tres, Singularis, Dualis, Pluralis. Vtimur Duali, cum de duobus eſt ſermo. In Duali vox eadem Nominatiui, Accuſatiui & Vocatiui: itidem Genitiui & Datiui. Sic in plurali ſemper Vocatiuus idem eſt cum Nominatiuo.

DE ARTICVLO. C

ARTICVLVS duplex, Prępoſitiuus, ὁ, ἡ, τὸ, quem Græci præponunt nominibus, & inter declinandum vſurpant, vt Latini, hic, hęc, hoc; & Subjunctiuus, ὅς, ἥ, ὅ, valés relatiuum, *qui, quæ, quod*. Inflectuntur autem ſic. D

S	N	ὁ	ἡ	τὸ	ὅς	ἥ	ὅ
	G	τοῦ	τῆς	τοῦ	οὗ	ἧς	οὗ
	D	τῷ	τῇ	τῷ	ᾧ	ᾗ	ᾧ
	A	τὸν	τὴν	τὸ	ὅν	ἥν	ὅ
D	N	τὼ	τὰ	τὼ	ὥ	ἅ	ὥ
	G	τοῖν	ταῖν	τοῖν	οἷν	αἷν	οἷν
	D	τοῖν	ταῖν	τοῖν	οἷν	αἷν	οἷν
	A	τὼ	τὰ	τὼ	ὥ	ἅ	ὥ

A P	N	οἱ	αἱ	τὰ	οἷ	αἷ	ἅ
	G	τῶν	τῶν	τῶν	ὧν	ὧν	ὧν
	D	τοῖς	ταῖς	τοῖς	οἷς	αἷς	οἷς
	A	τοὺς	τὰς	τὰ	οὕς	ἅς	ἅ

ARTICVLI vocatiuum ignorant. Sed in declinationibus, pro vocatiuo articuli prępositiui, vtimur aduerbio vocandi ὦ, quod lenem
B habet ſpiritum; Datiu⁹ autem articuli Subjunctiui ᾧ, aſpiratur, & habet ι ſubſcriptum.

PRÆPOSITIVVS articulus pro interrogatiuis accipitur, τοῦ; pro τίνος; *cuius?* τῷ; pro τίνι; *cui?* Et pro infinitis, ἔιτῳ, pro ἔιτινι, *ſi cui.* Capitur & pro demonſtratiuo Pronomine, τὸν, pro τοῦτον, *hunc*: τὴν, pro ταύτην, *hanc.* Id quod cre- *Appendix 3.*
C brum eſt adjectis Coniunctionibus δέ & γέ, vt ὅδε, ἥδε, τόδε: ὅγε ἥγε, τόγε: pro οὗτος, ἅυτη, τοῦτο: Item in reliquis caſibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, pro τούτου, τούτῳ, τοῦτον. Attici pro ὅδε & τόδε, dicunt ὁδὶ & τοδί.

Præpoſitiui articuli officium eſt rem certam ſignificare: ἀπόδος μοι τὸ βιϐλίον, *redde mihi librum*, nempe *illum certum* de quo inter nos *Appendix 2.*
D conſtat. Quanquam Attici, ornatus gratiâ, nunc addunt Articulum, nunc rurſus auferunt. Habet præterea locum in diuiſionibus adjunctâ conjunctione μὲν & δὲ: vt ὁ μὲν, ὁ δὲ, *hic quidem, ille autem*: τὸν μὲν, τὸν δὲ, *hunc quidem illum verò.*

SVBIVNCTIVVS Articulus componitur cum nomine infinito τις, τινος. Maſcul. ὅστις, οὗτινος, ᾧτινι, ὅντινα: Fœm. ἥτις, ἧστινος. Neut ὅ, τι, οὗτινος. Vbi notabis Articulum per omnes caſus *Appendix 1.*

ſuum accentum ſeruare, nomen verò infinitum A
τις nullibi habere accētum. Scribitur autem ὅ, τι per diſtinctiunculam, vt differat à coniunctione ὅτι *quòd*. Additur & περ, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, , *qui, quæ , quod.*

DE NOMINE. B

DECLINATIONES nominum quinque. PRIMA eſt maſculinorum in ας, ὁ Αἰνείας, *Æneas*, & in ης ὁ χρύσης *Chryſes*: quorum Genitiuus in ου, Datiuus in ᾳ vel ῃ diphthongum impropriam, Accuſatiuus in αν vel ην, Vocatiuus in α vel η ſecundum terminationem Nominatiui. Dualia & pluralia ſequuntur terminationem Articuli fœminini. C

Singularis, Nominatiuus ὁ Αἰνείας, Genit. τοῦ Αἰνείου, Dat. τῷ Αἰνείᾳ, Accuſat. τὸν Αἰνείαν, Vocat. ὦ Αἰνεία

Dualis, Nominatiuus & Accuſat. τὼ Αἰνεία, Genit. & Dat. τοῖν Αἰνείαιν, Vocat. ὦ Αἰνεία.

Pluralis Nominatiuus οἱ Αἰνεῖαι, Genit. τῶν Αἰνειῶν, Datiuus τοῖς Αἰνείαις, Accuſat. τοὺς Αἰνείας, Vocat. ὦ Αἰνείαι.

Singularis Nominatiuus ὁ χρύσης, τοῦ χρύσου, D
τῷ χρύσῃ, τὸν χρύσην, ὦ χρύση. In Duali & Plurali ſicut Αἰνείας.

Primæ Declinationis nomina quædam in ας faciunt genitiuum in ου & α, vt ὁ Πυθαγόρας, Pythagoras, τοῦ Πυθαγόρου *&* Πυθαγόρα: ὁ πατρολῴας parricida, τοῦ πατρολῴου *&* πατρολῴα, *& conſimilia. Quædam*

Obſeruatio.

A *vero Genitiuum habent in α tantùm, vt ὁ Θωμᾶς* Thomas, Θωμᾶ : ὁ Λουκᾶς Lucas, τοῦ Λουκᾶ, *& cætera, quæ ferè propria sunt, & vltimam Nominatiui circunflectunt.*

DATIVVS fit à Nominatiuo remouendo ς, & subscribendo ι. Siquidem Datiui singularis Declinationum parisyllabicarum vltima semper est Diphthongus impropria, ᾳ, ῃ, ῳ
B

VOCATIVVS formatur à Nominatiuo tollendo ς, ὁ Αἰνείας, ὦ Αἰνεία : ὁ χρύσης, ὦ χρύση.

Nomina in της faciunt Vocatiuum per α breue, vt ὁ τοξότης, *Sagittarius*, ὦ τοξότα : ὁ ἱππηλάτης *equitator*, ὦ ἱππηλάτα. Gentilia, vt ὁ Σκύθης *Scytha*, ὁ Πέρσης *Persa*; Et Poëtica in πης, ὁ κυνώπης *impudens*; quibus adde λάγνης *lasciuus*, ὦ Πέρσα, κυνῶπα, λάγνα. Item composita ex verbis, μετρέω *metior*, πωλέω *vendo*, τρίβω *tero* : vt ὁ γεωμέτρης *geometra* ὦ γεωμέτρα : ὁ παιδοτρίβης *ludimagister*, ὦ παιδοτρίβα : βιβλιοπώλης *Bibliopôla*, ὦ βιβλιοπῶλα. *Appendix.*
C

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ, Communis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica : è quibus Attici in omni Declinatione vocatiuum formant similem Nominatiuo. *Obseruatio.*

D Ἐκτρoπίας vappa, θηλυδρίας effœminatus, ὠμίας qui amplis est humeris, μετωπίας cui lata est frons, τομίας selectus μονίας solitarius. Ῥινοδέψης coriarius, φηλήτης impostor, ἐλευθερωτὴς, liberator, ὀψώνης opsonator, μισογύνης osor mulierum, ἀδολέσχης garrulus; πλινθευτὴς qui lateres coquit, κεντρίνης aculeatus, γαστροίδης qui ventre est tumido. *Excepta in ας.* *in ης.*

SECVNDA DECLINATIO.

SECVNDA Declinatio eſt fœmininorum, in α, vt ἡ μοῦσα *Muſa*: & η, vt ἡ τιμὴ *honor*. Genitiuus in ης, Datiuus in ῃ diphthongum, Accuſatiuus in αν vel ην, Vocatiuus eſt ſimilis Nominatiuo. Dualis & pluralis vt in prima B Declinatione.

S. N. ἡ μοῦσα, G. τῆς μούσης, D. τῇ μούσῃ, A. τὴν μοῦσαν, V. ὦ μοῦσα.

D. N. & A. τὰ μούσα, G. & D. ταῖν μούσαιν, V. ὦ μούσα.

P. N. αἱ μοῦσαι, G. τῶν μουσῶν. D. ταῖς μούσαις, A. τὰς μούσας, V. ὦ μοῦσαι.

Singula. ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν C Numeri dualis & pluralis declinantur, vt μοῦσα.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum (hoc eſt quod non ſubſequitur conſonantem) faciunt GENITIVVM in ας, & DATIVVM in ᾳ.

ἡ Λήδα	*Leda*,	τῆς Λήδας,	τῇ Λήδᾳ
ἡ ἄκανθα	*ſpina*,	τῆς ἀκάνθας,	τῇ ἀκάνθᾳ
ἡ ἡμέρα	*dies*,	τῆς ἡμέρας,	τῇ ἡμέρᾳ D
ἡ φιλία	*amicitia*,	τῆς φιλίας,	τῇ φιλίᾳ.

Contractiones huius Declinationis.

Appendix. NOMINA ſecundæ Declinationis quæ in Nominatiuo & omnibus aliis caſibus circunflectuntur, fiunt per contractionem à nominibus in αα, εα, εη, & οη, vt.

A ἡ Ἀθηνᾶ *Pallas*, Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾷ, Ἀθηνᾶν.

ἡ ἀργυρᾶ *argentea*, ἀργυρᾶς, ἀργυρᾷ, ἀργυρᾶν: ex Ἀθηνάα, ἀργυρέα. Sic κυνῆ *pellis canica*, λεοντῆ *pellis leonina*, ἀδελφιδῆ *neptis*. ἀνεψιαδῆ *filia consobrini, vel consobrinæ*, θυγατριδῆ *filia filiæ*, χρυσῆ *aurea*, ἁπλῆ *simplex*, & reliqua feminina ab adjectiuis contractis tertiæ Declinationis, de quibus ad eam
B inflexionem dicetur: descendunt enim à terminatis in εη, κυνέη, λεοντέη, ἀδελφιδέη, χρυσέη: aut οη, ἁπλόη: & iuxta sequens paradigma debent inflecti.

S. ἡ χρυσῆ, τῆς χρυσῆς, τῇ χρυσῇ, τὴν χρυσῆν, ὦ χρυσῆ. D. τὰ χρυσᾶ, ταῖν χρυσαῖν, ὦ χρυσᾶ. P. αἱ χρυσαῖ, τῶν χρυσῶν, ταῖς χρυσαῖς, τὰς χρυσᾶς, ὦ χρυσαῖ.

C *Suppeditabunt omnia Participia actiua feminini generis, cum vtroque Aoristo Participiorum passiuæ vocis feminini generis,* ἡ τύπτουσα, τύψουσα, τυφθεῖσα, τυπεῖσα. *Pete à Participiis passiuis & medis, quæ (præter Aorista passiua & præteritum medium) in* η *desinunt,* ἡ τυπτομένη, τυψαμένη. *Pete à femininis adjectiuorum in* ρος, *de quibus in tertia declinatione, adiectiuis, & comparatiuis. Plura da-*
D *bunt perfecta Participiorum feminini generis actiuæ & mediæ vocis, quæ omnia habent* α *purum, vt* ἡ τετυφυῖα, τετυπυῖα.

Exempla in α. *in* η. *in* ρα. *in* α *purum.*

TERTIA DECLINATIO.

TERTIA declinatio complectitur masculina, feminina, & communia in ος, ὁ λόγος

sermo, *ratio*, ἡ ὁδὸς *via*, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος *homo*; & neutra in ον, τὸ μῆλον *pomum*. Vocatiuus est in ε. Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus; item Dualia & Pluralia sequuntur terminationem articuli masculini & neutrius. A

NEVTRORVM tres casus similes, Nominatiuus, Accusatiuus, & Vocatiuus, qui in singulari numero varias habent terminationes in quintâ declinatione: pluraliter autem semper exeunt in α. B

S. N. ὁ λόγος, G. τοῦ λόγου, D. τῷ λόγῳ, A τὸν λόγον, V. ὦ λόγε.

D. N. & A. τὼ λόγω, G. & D. τοῖν λόγοιν, V. ὦ λόγω.

P. N. οἱ λόγοι, G. τῶν λόγων, D. τοῖς λόγοις, A. τοὺς λόγους, V. ὦ λόγοι.

Singul. Nominat. & Accus. τὸ μῆλον. Vocat. ὦ μῆλον. Plu. Nominat. & Accusat. τὰ μῆλα. C Vocat. ὦ μῆλα. Cætera vt in masculino.

Appendix 1. ADIECTIVA tertiæ declinationis habent masculinum in ος, fœmininum in η, neutrum in ον, vt ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *pulcher*, *pulchra*, *pulchrum*.

Appendix 2. Masculinum tamen in ος purum, aut ρος, habet fœmininum in α, vt ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, D *sanctus*, *sancta*, *sanctum*, ὁ ἀνθηρὸς, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, *floridus*, *florida*, *floridum*. Excipe ὄγδοος *octauus*, χρύσεος *aureus*, χάλκεος *æreus*, κυάνεος *cæruleus*, φοινίκεος *puniceus*, ὑάλεος vel ὑέλεος *vitreus*, μολίβδεος *plumbeus*; Item ἁπλόος *simplex*, cum suis, vt διπλόος *duplex*: quorum fœmininum est in η, ὀγδόη *octaua*, χρυσέη *aurea*, & per contractionem χρυσῆ.

A ATTICI ος communiter accipiunt, maximè in compositis & deriuatis, ὁ ϗ ἡ φιλόσοφος *philosophus*, ὁ ϗ κόσμιος *ornatus*: τὸ φιλόσοφον, κόσμιον. *Appendix 3.*

Neutra hæc abiiciunt ν, ἄλλο *aliud*, τηλικοῦτο *tantum*, τοιοῦτο *tale*, τοσοῦτο *tantum*: Et ex pronominibus τοῦτο *hoc*, ἐκεῖνο *illud*, αὐτὸ *ipsum*: licet τοσοῦτον & τοιοῦτον sequente vocali reperiantur: sic ταὐτὸ & ταὐτὸν *idem*. *Appendix 4.*

B

Contractiones tertiæ Declinationis.

PLVRIMA nomina in οος tertiæ declinationis contrahuntur in omnibus casibus, quâ contractione in compositione maximè vtêdum erit, vt ὁ νόος, νοῦς *mens*; ἁπλόος, ἁπλοῦς *simplex*. *Appendix 5.*

Substantiua in εος quædam, vt ὁ ἀδελφιδέος,
C ἀδελφιδοῦς *nepos ex fratre* vel *sorore*, ὁ ἀνεψιαδέος, ἀνεψιαδοῦς *filius consobrini*; ὁ θυγατριδέος, θυγατριδοῦς *filius filiæ*. Cum his in εον, τὸ ὀστέον, ὀστοῦν, *os, ossis*; τὸ κανέον, κανοῦν *canistrum*. *Appendix 6.*

Insuper adjectiua in εος, quæ ferè metallorum sunt, vt χρυσοῦς *aureus*, & nonnulla alia, vt φοινικοῦς *puniceus*, χυτροῦς *figulinus*. *Appendix 7.*

Sic autem declinantur terminata in οος &
D εος, S. ὁ χρυσοῦς, τοῦ χρυσοῦ, τῷ χρυσῷ, τὸν χρυσοῦν, ὦ χρυσοῦ. D. τὼ χρυσώ accentu acuto, τοῖν χρυσοῖν, ὦ χρυσώ. P. οἱ χρυσοῖ, τῶν χρυσῶν, τοῖς χρυσοῖς, τοὺς χρυσοῦς, ὦ χρυσοῖ.

Desinentia vero in οον & εον hoc modo flectuntur, τὸ & ὦ χρύσεον, χρυσοῦν *aureum*: in plurali, τὰ & ὦ χρυσᾶ pro nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo: Cætera vt in masculino.

Obseruatio.

De femininis superiorum adiectiuorum dictum est ad secundam declinationem. Quæ desinunt in εος *ante contractionem accentum habent in antepenultima in masculino & neutro, vt* ἀδελφίδεος, χρύσεος, χρύσεον*: vnde cùm factâ contractione, deberent acuere penultimam,* ἀδελφίδους, χρύσους, χρύσουν, *irregulariter vltimam circunflectunt,* ἀδελφιδοῦς, χρυσοῦς, χρυσοῦν, *vt patet ex superiore paradigmate.* A
Porro qualibet nomina in οος, εος, *&* εον, *non contrahuntur. Dices enim* ὄγδοος octauus, ῥωγαλέος lacerus, ὄστρεον ostreum: *non autem,* ὀγδοῦς, ῥωγαλοῦς, ὀστροῦν. &c. B

Exemp. nominũ in os & ov. os purũ.

Sunt participia passiua & media vocis in os, & ov. Quæ sequuntur feminina sunt, ἡ τρίβος, ἀτραπὸς, ἀταρπιτὸς, via, iter, ψάμμος arena, τάφρος fossa, C
κόπρος fimus, λίθος *quando significat* lapidem pretiosum, βάτος rubus, σορὸς sandapila. Σπουδαῖος, σπουδαία, σπουδαῖον, studiosus, γελοῖος ridiculus, δείλαιος infortunatus, λεῖος læuis, οἰκεῖος domesticus, ὡραῖος pulcher.

ρος. Λαμπρὸς splendidus, λαμυρὸς lepidus, πονηρὸς malus, καθαρὸς purus: *& omnia feminina à comparatiuis in* ρος, *de quibus infrà post declinationes contractas*: Item D

os non purum. adiectiua in ρεος, σιδήρεος, σιδηρέα. *Petenda ex participijs, vt supra.*

os commune. Ὁ καὶ ἡ πάμφιλος omnibus amicus, φρόνιμος prudens, ἄκυρος potestate priuatus, δύστηνος miser, ἀργὸς piger.

oos. Ὁ θρόος clamor, tumultus: ὁ χνόος lanugo, ἄχνοος imberbis, ἐπίχνοος tectus lanugine: ῥόος fluentum: ἄχροος coloris expers: ὁ πλόος nauigatio, εἴσπλοος locus per quem naues introeunt in portum,

A κατάπλοος portus: δύσπνοος ægrè ſpirans, ἐπίπνοος afflatus: *& alia generis eiuſdem in πνοος, νοος, ροος, χοος, terminata, & inflectenda vt ſupra,* χρυσοῦς, ἀθρόος confertus *rarò contrahitur; habet tamen interdum* ἄθρους *accentu in penultima, vnde* ἀθρούστερος.

QVARTA DECLINATIO.

B QVARTA declinatio Atticorum eſt propria, vertentium vocales præcedentis declinationis in ω: alioqui genere conſentit: nam continet maſculina, fœminina & communia in ως, ὁ Μενέλεως *Menelaus*, ἡ ἅλως *area in qua teritur frumentum*, ὁ καὶ ἡ εὔγεως *fertilis*; & neutra in ων, τὸ εὔγεων *fertile.* Vnum tamen in ως neutrum eſt, τὸ χρέως *debitum.*

C S. N. ὁ λεὼς *populus*, G. τοῦ λεὼ, D. τῷ λεῷ, A. τὸν λεὼν, V. ὦ λεώς.

D. N. & A. τὼ λεὼ, G. & D. τοῖν λεῷν, V. ὦ λεώ.

P. N. οἱ λεῴ, G. τῶν λεὼν, D. τοῖς λεῷς, A. τοὺς λεὼς, V. ὦ λεῴ.

Neutra in plurali habent ω, vt τὰ & ὦ εὔγεω.

D *Quinque nomina faciunt accuſatiuum ſine ν,* ὁ ἄθως nomen montis, τὸν ἄθω: ἡ ἕως aurora, τὴν ἕω: ἡ Κέως nomen inſulæ, τὴν Κέω: ἡ Κῶς nomen item inſulæ, τὴν Κῶ: ὁ λαγὼς lepus: τὸν λαγὼ & λαγῶ. *Pleraque tamen ex illis admittunt ν in accuſatiuo,* τὸν Ἄθων, τὸν λαγών. *Obſeruatio.*

Quartæ declinationis ADIECTIVVM commune ως, neutrum ων, ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων.

A

Ὁ νεὼς templum, ἄνεως mutus, λειπόνεως qui nauem deſerit; ὁ καὶ ἡ ἵλεως propitius, ἀνίλεως inclemens, ἔμπλεως & ὑπόπλεως, plenus, ὁ ὑπόχρεως, debitor, ἀξιόχρεως fide dignus, ὁ καὶ ἡ βαθύγεως profundam terram habens, ὁ καὶ ἡ πολύκερως multicornis, ὁ καὶ ἡ ἀγήρως ſenectutis expers, λειπόκρεως macilentus, ἡδύκρεως cuius carnes ſunt ſuaues.

Exempla.

B

Quatuor prædictæ declinationes appellantur pariſyllabicæ, quod obliqui ſint Nominatiuo pares ſyllabis.

QVINTA DECLINATIO.

C

QVINTA Declinatio impariſyllabica complectitur omnia genera, & terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuum ſuperat exiens in *ος*, Datiuus in *ι*, Accuſatiuus in *α*, Vocatiuus idem ſępe cum Nominatiuo. Dualis Nominatiuus *ε*, Genitiuus *οιν*. Pluralis Nominatiuus *ες*, Genitiuus *ων*, Datiuus *οι*, paucis exceptis, Accuſatiuus *ας*, At neutrorum plurale in *α*. D

S. N. ὁ Τιτὰν *Titan*, G. τοῦ Τιτᾶνος, D. τῷ Τιτᾶνι.. A τὸν Τιτᾶνα, V. ὦ Τιτάν.

D. N. & A. τὼ Τιτᾶνε, G. & D. τοῖν Τιτάνοιν, V. ὦ Τιτᾶνε.

P. N. οἱ Τιτᾶνες, G. τῶν Τιτάνων, D. τοῖς Τιτᾶσι, A. τοὺς Τιτᾶνας, V. ὦ Τιτᾶνες

A ACCVSATIVVS singularis exit in α, τὸν Τιτᾶνα.

Nominα in ις per ι, & υς per υ, quorũ genitiuus in ος purũ, faciunt accusatiuum per ν, ὁ ὄφις *serpens*, ὄφεως, ὄφιν: ὁ βότρυς *racemus*, βότρυος, βότρυν. *ις & υς purum.*

Barytona in ις & υς declinata non purè, sortiuntur vtramque terminationem, ἔρις *contentio*, ἔριδος, τὴν ἔριδα & ἔριν: ὁ καὶ ἡ νέηλυς *aduena* νεήλυ-B δος, τὸν καὶ τὴν νεήλυδα & νέηλυν, At κλεῖς *clauis*, κλεῖδα & κλεῖν, & in plurali κλεῖδας & κλεῖς. Dixi Barytona, hoc est, quæ non habent accentum in vltima nominatiui: quæ enim vltimam acuunt, habent tantum accusatiuum in α, vt ἡ ἐλπὶς *spes*, ἐλπίδος, τὴν ἐλπίδα, non autem ἐλπὶν: ἡ χλαμὺς *chlamys*, χλαμύδος, τὴν χλαμύδα. *ις & υς non purum.*

Monosyllaba circunflexa in αῦς & οῦς, habent Accusatiuum mutato σ in ν, vt ἡ ναῦς *nauis* ναῦν: C ἡ γραῦς *anus*, γραὸς γραῦν: ὁ βοῦς *bos*, βοὸς, βοῦν. *αυς, ους.*

Vide secundam declinationem contractorum, & contractiones huius declinationis Appendicibus 1. & 2. ἡ χάρις, χάριτος, gratia; ἡ θέμις, ιδος, *vel* ιστος, institutum; ἡ πολῖτις, ιδος, *vne bourgeoise*; ὁ καὶ ἡ ἄναλκις, ιδος ignauus. ἡ ἀσπὶς, ιδος, scutum; ἡ νοτὶς, ίδος, humor; ἡ σπυρίς, ίδος, corbis; D ἡ κηλὶς, ίδος, macula; ἡ χειρίς, ίδος, chirotheca.

Exẽpla in ος purum. ος nõ pu. acutorũ in ìς.

VOCATIVVS, idem cum nominatiuo, ὁ Τιτὰν, ὦ Τιτάν.

Excipe flexa per ντος, quæ ablato τος formant vocatiuum, ὁ Αἴας *Ajax*, Αἴαντος, ὦ Αἶαν: ὁ Λέων *leo* λέοντος, ὦ λέον. Participia vocatiuum habent

ſimilem nominatiuo, ὁ & ὦ τύπτων, τύψας. A

Adiectiua in ην & εις, quorum neutrum per εν, ea & vocatiuum per εν habent, ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν, *tener*, *tenera*, *tenerum*, ὦ τέρεν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *venuſtus*, *a*, *um*, ὦ χαρίεν, & χαρίει, quod & aliis in εις contingit.

Grauitona in ηρ habent ερ, ἡ μήτηρ *mater*, ὦ μῆτερ. Sic acuta quatuor, πατὴρ *pater*, ἀνὴρ *vir*, δαὴρ *leuir*, id eſt, *mariti frater*, σωτὴρ *ſeruator*: ὦ πάτερ, ἆνερ, δᾶερ, σῶτερ: vbi & accentus in penultimam retrahitur. Inuenitur tamen aliquando ὦ σωτήρ. B

Alia nomina acuta in ηρ, hoc eſt quorum vltima notatur accentu, Vocatiuum faciunt ſimilem nominatiuo, ὁ χαρακτὴρ *character*, ὦ χαρακτήρ.

Diphthongi ευς & ους deponunt ς, ὁ βασιλεὺς *rex*, ὦ βασιλεῦ: ὁ βοῦς *bos*, ὦ βοῦ: ὁ πλακοῦς *placenta*, ὦ πλακοῦ. Præter ὦ ποὺς *pes*, & ὀδοὺς *dens*. C

Nomina in ις & υς quorum genitiuus in ος purum reiiciunt ς, ὦ ὄφι, βότρυ, ταχύ. At declinata non purè vocatiuum formant ſimilem nominatiuo, ἡ ἐλπὶς, ὦ ἐλπὶς: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, ὦ νέηλυς: ſed ὁ καὶ ἡ παῖς *puer*, *puella*, vocatiuus ὦ παῖ.

Appendix 1. Barytona in ας, αντος: ωρ, ορος: ων, ονος, ablato genitiui ος faciunt vocatiuum accentu in penultima, vt ὁ μέλας *niger*, ὦ μέλαν: ὁ αὐτοκράτωρ *imperator*, ὦ αὐτοκράτορ: αἰδήμων *verecundus*, ὦ αἴδημον: Sic compoſita ex φρὴν, φρενὸς, *mens*, δαΐφρων *bellicoſus*, ὦ δαΐφρον. D

Appendix 2. Cõpoſita quędam polyſyllabica in ων faciunt vocatiuum per ον, accentu retracto in antepenultimam; ὁ ἀπόλλων *Apollo*, ὦ ἄπολλον. Idem comparatiuis accidit, ὁ βελτίων *melior*. ὦ βέλτιον

& compoſitis

A & compositis à *δαίμων genius*, *κακοδαίμων miser*, *ὦ κακόδαιμον*.

Pete ex acusatiuo supra. Pro acutis in ηρ accipe ὁ νιπτὴρ, ῆρος, malluuium; ὁ ῥαιστὴρ malleus, ὁ λυμαντὴρ perditor, ὁ λικμητὴρ ventilator. *Exẽpla in ηρ.*

B

DATIVVS pluralis fit à singulari posito σ ante ι, *τῷ βότρυϊ racemo*, *τοῖς βότρυσι racemis*; *τῷ ῥήτορι, rhetori*, *τοῖς ῥήτορσι*. Et literæ, δ, θ, ν, τ, sunt reijciendæ, *λαμπάδι lucernæ*, *λαμπάσι*, *ὄρνιθι aui*, *ὄρνισι*, Τιτᾶνι, Τιτᾶσι: *λέβητι lebeti*, *λέβησι*.

Nomina quorum datiuus singularis est in οντι, habent datiuum pluralem in ουσι, *λέοντι*
C *leoni*, *λέουσι*.

Datiuus singularis in εντι, facit datiuum pluralem in εισι: *τιθέντι ponenti*, *τιθεῖσι ponentibus*. In aliis, vocalis anceps quę in singulari producebatur positione,nimirũ ante duas consonantes, hic in plurali habetur longa; *ἱστάντι stanti*, *ἱστᾶσι*, *stantibus*, *ζευγνύντι iungenti*, *ζευγνῦσι iungentibus*.

D Quæ in ξ exeunt. ψ, aut diphthongum, adiectione ι, faciunt datiuum pluralem: *ὁ ἅρπαξ rapax*, *ἅρπαξι*, *ὁ ἄραψ Arabs*, *ἄραψι*, *ὁ βασιλεὺς rex*, *βασιλεῦσι*, *ὁ βοῦς bos*, *βουσὶ*. Sed *υἱεὺς filius*, *δρομεὺς cursor*, *οὖς*, *ὠτὸς*, *auris*; *πὺς*, *ποδὸς*, *pes*; habent *υἱέσι*, *δρομέσι*, *ὠσὶ*, *ποσὶ*.

Illa in ηρ quæ syncopen patiuntur, datiuum pluralem faciunt in ασι, *ὁ πατὴρ*, *τοῖς πατράσι*: *ἡ θυγάτηρ*, *τοῖς θυγατράσι*. γαστὴρ tamen, vt quidam volunt, facit *γαστῆρσι*.

Appendix 3. Quibus verò & quomodo ſyncope contingat ſunt, πατὴρ, μήτηρ, ἀνὴρ, θυγάτηρ *ſoror*, γαςὴρ *venter*. Sing. ὁ πατὴρ: τοῦ πατέρος, πατρὸς: τῷ πατέρι, πατρὶ. Singul. ἡ μήτηρ: τῆς μητέρος, μητρὸς; τῇ μητέρι, μητρὶ. Singul. ἡ γαςήρ: τῆς γαςέρος, γαςρὸς: τῇ γαςέρι, γαςρὶ. Hæc tria ſyncopen patiuntur in genitiuo & datiuo ſingulari tantum. At ἡ θυγάτηρ: τῆς θυγατέρος, θυγατρὸς: τῇ θυγατέρι, θυγατρὶ: τὴν θυγατέρα, θύγατρα. Plural. αἱ θυγατέρες, θύγατρες: τῶν θυγατέρων, θυγατρῶν: τὰς θυγατέρας, θύγατρας. Eodem pacto flectitur ἀνὴρ quo θυγάτηρ. A B

Exemp. Ἡ νίφας, άδος, nix aceruatim cadens; ἡ σανὶς, ίδος,
δι. aſſer. Ὁ πυρὴν, ῆνος, nucleus; ὁ λιμὴν, ένος,
ν. portus; ὁ πυθμὴν, ένος, fundum, ima pars; ἡ
τρυγὼν, όνος, turtur; ὁ κευθμὼν, ῶνος, penetrale; ὁ
πώγων, ωνος barba. *Huc pertinent comparatiua in*
τ. *ων.* τῷ τετυφότι, τῷ τετυπότι, τοῖς τετυπόσι: *Sic* C
omnia participia actiuæ & mediæ vocis præteriti
temporis. τὸ πατάγημα, τοῖς παταγήμασι, ſtrepitus;
τὸ κῦμα fluctus, τοῖς κύμασι.
οντ. τύπτων, οντι, ουσι:
Sic omnia participia actiuæ vocis, excepto Aoriſto
εντ *primo & præterito.* τυφθεὶς, τυφθέντι, τυφθεῖσι.
Exempla pete ab vtroque Aoriſto participiorum
αντ. *paßiuæ vocis.* ὁ τύψας, τῷ τύψαντι, τοῖς τύψασι.
Sume exempla à præſenti & Aoriſto 1. particip.
actiuæ vocis 2. Coniugationis verborum in μι *&* D
ab Aoriſto 1. *participiorum actiuæ vocis verborum*
Barytonorum & circunflexorum. ὁ δὺς, τῷ δῦντι,
τοῖς δῦσι, à δῦμι *entrer dedans* ou *deſſous. Plura exem-*
ωντ. *pla pete ex* 4. *Coniugatione verborum in* μι. ὁ ἡ
ξ. ἡ μεῖραξ, κος, adoleſcens, puer, *vel* puella: ὁ λάρυγξ,
υγγος; guttur; ἡ πνὶξ, ιγὸς ſuffocatio; ἡ ψὶξ, ιχὸς

A mica, ἡ θρίδαξ, κος, lactuca, ὁ δόναξ, κος arundo; ἡ δόρξ, κὸς, caprea, ὁ δράξ, κὸς, pugillus, ἡ θρὶξ capillus, τῆς θριξὶ, *licet alij casus habeant* τ, τριχὸς, τρίχες. ἡ φλὲψ, βὸς, vena; ὁ οἰκότριψ, βος seruus vernaculus: ὁ σκόλοψ, οπος, palus præacutus, κέρκωψ, οπος, versutus: ὁ θρὶψ, πὸς vermis qui ligna rodit; ὁ θὼψ, πὸς, adulator; ὁ καὶ ἡ μύωψ, ωπος, lusciosus; ὁ χάρωψ, πος, alacer; ἡ λαῖλαψ, ψ
B turbo.

Quæ sequuntur vsque ad quinque declinationes contractas, ad tertiæ classis auditores tantum, & superiores ordines pertinent. *Obseruatio.*

Contractiones quintæ Declinationis.

C

1 Nomina in ις quorum genitiuus υος, contrahuntur in nominatiuo, accusat. & vocat. pluralibus: ὁ βότρυς, βότρυος: οἱ & ὦ βότρυες, βότρυς: τοὺς βότρυας, βότρυς, semper factâ crasi in υ. *Sic* ὁ στάχυς spica, ὁ νέκυς mortuus, ἡ ἄρκυς rete; ἀχλὺς, ύος, ἡ caligo, ἡ χαπτὺς laceratio, νηδὺς venter, ἡ ἰλὺς cœnum. *Exempla.*

2. Acuta in υς quorum genitiuus in έος crasin
D patiuntur in datiuo singulari; nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo pluralibus ὁ ἡδὺς *dulcis*: τοῦ ἡδέος: τῷ ἡδέϊ, ἡδεῖ: οἱ & ὦ ἡδέες, ἡδεῖς: τοὺς ἡδέας, ἡδεῖς. Neutra vero non contrahuntur in numero plurali: τὸ ἡδὺ *dulce*, τῷ ἡδέϊ, ἡδεῖ: at τὰ & ὦ ἡδέα tantum.

Sic ὀξὺς acutus, εὐθὺς rectus, βαρὺς grauis τραχὺς asper, πλατὺς amplus, δασὺς densus.. *Exẽpla.*

3. Quædam alia vt ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ, *dimi-* A
dius, a, um, τοῦ ἡμίσεος: ὁ πῆχυς, εως, *cubitus*: ὁ
πέλεκυς, εος, *securis*; sequuntur easdem contra-
ctiones: τῷ ἡμίσεϊ ἡμίσει: οἱ & ὦ ἡμίσεες, ἡμίσεις:
τοὺς ἡμίσεας, ἡμίσεις. Legitur tamen ἡμίσους geni-
tiuus contractus, & genitiuus pluralis ἡμισέων,
accentu in penultima.

4. Neutra in υ, τοῦ εος, contrahuntur in datiuo B
singulari, τὸ ἄστυ *Vrbs*, τῷ ἄστεϊ, ἄστει: & in plurali
nominatiuo & accusatiuo, τὰ ἄστεα, ἄστη.

5. Imparisyllabica in ευς contrahuntur in tri-
bus illis casibus numeri pluralis βόεες, βοῦς: βόας,
βοῦς.

6. Comparatiua in ων contrahuntur in accu-
satiuo singulari communis generis; & in no-
minatiuo, accusatiuo, & vocatiuo pluralibus C
in omni genere. Prius autem eliditur ν, ac de-
inde fit crasis ex ο & sequente vocali. ὁ καὶ ἡ
κρείττων *præstantior, melior*, καὶ τὸ κρεῖττον, *præstantius,
melius*: G. τοῦ καὶ τῆς καὶ τοῦ κρείττονος: D. τῷ καὶ τῇ
καὶ τῷ κρείττονι: A. τὸν καὶ τὴν κρείττονα vel κρείττω, καὶ
τὸ κρεῖττον. V. ὦ κρεῖττον. Dual. N. & A. τὼ καὶ τὰ
καὶ τὼ κρείττονε: G. & D. τοῖν καὶ ταῖν καὶ τοῖν κρειττόνοιν:
V. ὦ κρείττονε. Plural. N. οἱ καὶ αἱ κρείττονες vel
κρείττους, καὶ τὰ κρείττονα vel κρείττω: G. τῶν κρειττόνων: D
D. τοῖς καὶ ταῖς καὶ τοῖς κρείττοσι: A. τοὺς καὶ τὰς κρείττονας
vel κρείττους, καὶ τὰ κρείττονα vel κρείττω: V. ὦ κρείττονες
vel κρείττους, καὶ κρείττονα vel κρείττω.

Obseru. *Hanc formam frequentent in compositione, nec
vtantur casibus*, κρείττοες, κρείττοας, *& similibus.*

Sunt & aliæ terminationes in quinta decli-
natione per crasin factæ, ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, *pla-
centa*, ex πλακόεις, πλακόεντος. Sic ὁ Σιμοῦς *Simois*,

A ἡ Ὀπῦς, ciuitas in Locris; Ἀμαθῦς, ciuitas Cypri. Et ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ex τιμήεις, τιμήεντος, *honoratus*. Et in ῆρ circunflexa facta ex εαρ, τὸ κῆρ, κῆρος, *cor*, τὸ στῆρ, στῆρος, *adeps*: à κέαρ, κέαρος: στέαρ, στέαρος.

Adjectiua quintæ Declinationis.

B

Commune ην, neutrum habet in εν: ὁ καὶ ἡ ἄρσην καὶ τὸ ἄρσεν, *virilis & virile*. Nam ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν, *tener, tenera, tenerum*. ην.

Commune ων, neutrum ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον, *felix*. Sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ μείζων *major*, καὶ τὸ μεῖζον *majus*. ων.

Mascul. αρ, fœmin. αιρα, neut. αρ: μάκαρ

C *beatus*, μάκαιρα, μάκαρ.

Masculinum ας, fœmininum αινα, neutrum αν: ὁ μέλας *niger*, ἡ μέλαινα *nigra*, τὸ μέλαν *nigrum*, Sed ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, *omnis omne*, cum suis compositis, ἅπας *omnis*, σύμπας *vniuersus*. ας.

Mascul. εις, fœm. εσσα, neut. εν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratiosus, sa, sum* εις.


Commune ις, neutrum ι (compositum) ὁ καὶ ις.

D ἡ εὔχαρις, *gratiosus, gratiosa*, τὸ εὔχαρι *gratiosum*: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, *amans patriæ*.

Mascul. υς, fœmin. εια, neut. υ: ὁ γλυκὺς ἡ γλυκεῖα, *dulcis*; τὸ γλυκὺ *dulce*. υς.

Commune υς, neutrum υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς: τὸ ἄδακρυ, *non lachrymans*: sic ὁ καὶ ἡ φιλόγλυκυς, τὸ φιλόγλυκυ, *amans dulcia*. υς.

Commune ους, neutrum ουν: ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, *multipes*. ους.



ης. Commune ης, neutrum ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus vera*, τὸ ἀληθὲς, *verum*. A

Fœmininum habent & ſubſtátiua nonnulla, ὁ λέων, δράκων, θεράπων *famulus*; ἡ λέαινα *leana*, δράκαινα *dracæna*, θεράπαινα *famula*: ὁ βασιλεὺς, ἄναξ *rex*; ἡ βασίλισσα, ἄνασσα, *regina*: ὁ ψάλτης *cantor*, ἡ ψάλτρια *fidicina*: ὁ παρακοίτης *maritus*, ἡ παράκοιτις *vxor*, δεσπότης *dominus*, ἡ δέσποτις & δέσποινα *domina*. B

GRADVS COMPARATIONIS.

Comparativvs in τερος, ſuperlatiuus in τατος. Quę vero terminationes adjectiuorum admittant comparationem; & qua ratione, aut litera tollatur, aut vocalis permutetur: planum eſt ex ſequentibus exemplis, quæ in ſingulis terminationibus collocauimus loco præceptionum. C

ος { ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος: *glorioſus*,
πρᾶος, πραότερος, πραότατος: *mitis*,
σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος: *ſapiens*. }

ους ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος: *ſimplex*,
ων σώφρων, σωφρονέστερος, σωφρονέστατος: *modeſtus*,
ας μέλας, μελάντερος, μελάντατος: *niger*,
εις χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος: *gratioſus*, D
υς εὐρὺς, εὐρύτερος, εὐρύτατος: *latus*.
ης ἀληθὴς, ἀληθέστερος, ἀληθέστατος: *verus*,
τέρην, τερεινότερος, τερεινότατος, *tener*.
Μάκαρ, μακάρτερος, μακάρτατος, *beatus*. Nam μακάριος, μακαριώτερος, μακαριώτατος.

Ex ος præcedente vocali longâ, vel ancipiti, fit ότερος, ότατος, per ο, vt ἔνδοξος, μακρὸς *longus*,

A *μικρὸς paruus, ἐλαφρὸς leuis*: Alioqui si præit breuis per *ώτερος, ώτατος.*

At *κενὸς vacuus, στενὸς angustus, ἴσος æqualis, ἱκανὸς aptus*, habent modò *ώτερος* & *ώτατος*, modò etiam *ότερος* & *ότατος*.

Comparatio irregularis in ος.

Quædam positiua in *ος* faciũt comparatiuum in *ιων*, superlatiuum in *ιστος*: *κακὸς malus, ὄλβιος beatus, οἰκτρὸς miserabilis, τερπνὸς iucundus, καλὸς*
B *pulcher, αἰσχρὸς turpis, ἐχθρὸς inimicus, καλλίων, ἐχθίων, αἰσχίων, οἰκτίων.*

Legitur etiam *ἐχθρότερος, αἰσχρότερος, οἰκτρότερος, τερπνότερος, κακώτερος, ὀλβιώτερος*,: superlatiuum *ἐχθρότατος*, &c.

Alia in *αίτερος, αίτατος*: *παλαιὸς antiquus, γεραιὸς senex, σχολαῖος tardus, ἥσυχος quietus, πρώϊος matutinus, φίλος amicus, ἴσος æqualis, μέσος medius, ἄσμενος libens, πλησίος vicinus, ἴδιος priuatus*: in quibus
C per syncopen videtur tolli *ο*, vt ex *θέρειος æstiuus, θερείτερος, εἴλατος, ardentissimus*: Dicitur etiam *παλαιότερος, σχολαιότερος*, item *μεσώτερος. μεσαίτερος* non reperiri aiunt. At *φίλος amicus, φίλτερος, φίλτατος.*

Alia in *έστερος, έστατος*: *κακότεχνος malignus, ἄφθονος abundans, αἰδοῖος venerandus, πλησίος vicinus.* In vsu sunt etiam *κακοτεχνότερος, ἀφθονότερος, αἰδοιότερος*,
D At *δικαιέστερος* & alia apud Eustathium Odyss. β. v. 190. vel Poëtica sunt, vel raro vsurpanda: nam omnia ad regulã generalem reuocari oportet, *ἀνιαρότερος molestior, δικαιότερος iustior*, &c. At *ὄψιμος, tardus, ὀψιέστερος* & *ὀψιαίτερος, tardior.* Quædam in *ίστερος, ίστατος*: *ὀλίγος exiguus, ὀλιγίστερος, dicitur* & *ὀλιγώτερος, ὀλιγίστατος* & *ὀλίγιστος*: *λάλος loquax, ὀψοφάγος opsonij larco voracissimus*: *ἔνωρος* quasi *ἐν ὥρᾳ tem-*

pori, habet ώτερος, έστερος, ίστερος. A τολμηρὸς *audax*, legitur apud Sophoclem Philoct. τολμίστατος *audacißimus*, sed hoc P. vt ἀθεμίστερος *scelerator*, & ὀλοίστατος *perniciosißimus*. A

Ῥᾴδιος *facilis*, ῥάων & P. ῥαΐτερος, ῥᾷστος.

ων. Πέπων *maturus*, πεπαίτερος, αίτατος, ἀλάζων *superbus*, ἀλαζονίστερος, ίστατος, & ἀλαζονέστερος. έστατος.

ας. Μέγας *magnus*, μείζων, μέγιστος: vel μεγαλώτερος, ώτατος. B

ης. Ψευδὴς *mendax*, ψευδίων, ψεύδιστος, & ψευδίστατος: ἐλεγχὴς *probro dignus*, ἐλέγχιστος.

υς. Πολὺς *multus*, πλείων, πλεῖστος. Hæc βαθὺς *profundus*, βραδὺς *tardus*, γλυκὺς *dulcis*, ἡδὺς *suauis*, παχὺς *crassus*, ταχὺς *celer*, ὠκὺς *velox*, βραχὺς *breuis*, habent ύτερος, ύτατος, vel ίων: ιστος. At ἐλαχὺς *paruus*, ἐλαχίων, ἐλάχιστος *tantum*. C

Irregularia sunt μείων *minor*, ἥττων & ἐλάττων *inferior*, ἀμείνων, κρείττων, *melior*; θάσσων *celerior*, γλύσσων *dulcior*: nam positiuo & superlatiuo carent. At βελτίων, ἀρείων, λώων siue λωΐων *melior*, χείρων *pejor*, non habent positiuum; sed Superlatiuum βέλτιστος, ἄριστος, λῷστος, χείριστος. κράτιστος *præstantißimus*, & P. κάρτιστος; positiuo & comparatiuo destituitur. Ab ἀγαθὸς *bonus*, fit ἀγαθώτατος: comparatiuum non legitur. D

Cęterum ἀμεινότερος. ἀρειότερος, λωΐτερος, ῥηΐτερος, χερειότερος, χειρότερος, & similia, Poëtica sunt. Sic χερείων, χερείονος, χερείονι, χέρειῒ vel χέρηϊ: χερείονα, χέρηα, χέρηες *pejores*: quibus adde βράσσων *tardior*, βάρδιστος.

Comparatio fit etiam ex SVBSTANTIVIS λάγνος vel λάγνης *lasciuus*, ίστερος, ίστατος: βλὰξ *ignauus*, βλακίστατος: ἄλγος *molestia*, ἀλγίων *molestior*, ἄλγιστος:

A κῦδος *gloria*, κυδίων, κύδιςος & κυδίςατος: πτωχὸς *pauper*, ότερος & ίςερος: ἄκρατος *meracum*, έςερος: τὸ κέρδος *lucrum*, κερδίων, ιςος: κλέπτης *fur*, κλεπτίςος vel κλεπτίςατος: πλήκτης *iniuriosus*, πληκτίςατος: ὁ πότης *potor*, ποτίςατος: ὁ φὼρ *fur*, φωρότατος: βασιλεὺς, εύτερος, εύτατος: πρέσβυς *senex*, ίων, ιςος, & ύτερος, ύτατος: ὁ μυχὸς *penetrale*, μυχοίτατος, μυχαίτατος, & μυχώτατος, *intimus*.

Et à GENITIVO: πρὔργυ, πρυργιαίτερος, πρυργιαίτατος, *potior*, *potißimus*.

B Etiam in VERBIS locum habet, βάλλω *iacio*, βέλτερος *melior*, P. βέλτατα *optime*, φέρω, φέρτερος *præstantior*, φέρτιςος, φέριςος, & φέρτατος

In ADVERRBIIS: ἔσω *intra*, ἐσώτερος *interior* ἐσώτατος: πρόσω *ante*, προσώτερος *anterior*, προσώτατος *longißimè progressus*: ὀπίσω *retro*, ὀπίςερος *posterior*, ὀπίςατος: ὕψι *alte*, ὑψίτερος vel ὑψίων, ὕψιςος C *altißimus*: (Sic apud Poëtas ἄφαρ, *statim* ἀφάρτερος *citior*) ἄνω *suprà*, ἀνώτερος *superior*, ἀνώτατος: κάτω *infra*, κατώτερος *inferior*, κατώτατος: μάλα *valdè*, μᾶλλον *magis*, μάλιςα *maximè*: πόῤῥω *longè*, πεῤῥώτερος *longior*, πεῤῥώτατος: πέρα *vltra*, περαιτέρω *vlterius*, περαίτατον *vltimum*: ἐγγὺς *propè*, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιςος, *propior*: ἔξω *extra*, ἐξώτερος *exterior*, ἐξώτατος. πάρος, P. *ante*, παροίτερος D *anterior*, οίτατος.

In PARTICIPIO: ἐῤῥωμένος *validus*, ἐῤῥωμενέστερος *validior*, ἐῤῥωμενέςατος *validißimus*.

In PRÆPOSITIONIBVS ὑπὲρ *super*, ὑπέρτερος *superior*, ὑπέρτατος *supremus*: πρὸ *ante* πρότερος *prior*, πρότατος, & eliso τ, factaque crasi, πρῶτος, πρῶτος *primus*: vnde πρώτιςος.

A

VERBALIA.

DEducuntur A PRÆSENTI ἡ νίκη *victoria* à νικάω: λήθη *oblinio* à λήθω: τὸ εἶδος *species*, ab εἴδω: τὸ πνῖγος *suffocatio* à πνίγω. Multa ex verbis in εύω: πτωχεύω *mendico*, ἡ πτωχεία *mendicitas*: δουλεύω *seruio*, ἡ δουλεία *seruitus*. B

Ab AORISTO secundo ablato augmento: vt ab ἔφυγον *fugio*, φυγὴ *fuga*: ab ἔσταγον *stillo*, ἡ σταγὼν, όνος *gutta*: ab ἐξέλιπον, *deficio*, *desum*; ὁ καὶ ἡ ἐκλιπὴς έος *qui deficit* vel *deest*.

Proficiscuntur etiam à PERSONIS PERFECTI PASSIVI sublato augmento. A PRIMA persona, finita in μα, μη, μων, μος: πέπραγμαι, *egi*, *rem gessi*, τὸ πρᾶγμα *negotium*: ἔστιγμαι *notis compungor*, ἡ στιγμὴ *punctum*: ὁ καὶ ἡ μνήμων, ονος, *memor* à μέμνημαι: ἔψαλμαι *cantatus sum*, ὁ ψαλμὸς *cantus*. C
Eadem formâ deriuantur in υνον & υνη desinentia, vt μνημόσυνον *memoriale*; ἐλεημοσύνη *aumosne*. In quibusdam interseritur θ, vt à μυκάω fit μυκηθμὸς *mugitus*; à κηλέω *demulceo*, κηληθμὸς *voluptas quâ aures demulcentur*.

A SECVNDA persona in ις, vt ἡ λέξις *dictio*, à λέλεξαι: in ιος, vt θαυμάσιος *admirandus*, à τεθαύμασαι: in μος, vt à πέπισαι, πόσιμος *potabilis*: & in ια, sed ferè cum α, ευ, δις, κέκρισαι *indicatus es*, ἀκρισία *nullus delectus*; τέταξαι, εὐταξία *bonus ordo*, πέπραξαι, δυσπραξία, *infelicitas in rebus gerendis*. D

A TERTIA in της, τος, τηρ, τις, τωρ. τηριος, τηρια, τηριον, τεια, τεις, τειρα, τρος, τρα, τρον: vt πεποίηται *factus est*, ὁ ποιητὴς, *factor*: ἤκουσται *auditus est*, ἀκουστὸς,

A *audibilis* : κεχάρακται *signatus est*, ὁ χαρακτὴρ *signum*: κεκιθάρισται, ἡ κιθαριστὺς, ύος, *ars canendi citharâ*, κέκτηται, κτήτωρ *possessor* : ἀποτάσσομαι *valefacio*; λόγος ἀποτακτήριος. *oratio qui valedicimus*, τὸ ποτήριον *poculum*, à πέποται : ἡ ἀκέστρια, *sartrix* : ἡ ἀλετρὶς, ίδος, *molitoris vxor* : ἀλεξήτειρα, *auxiliatrix* : δαιτρὸς *coquus* : ἀκέστρα *acus*: τὸ δίδακτρον *pretium docendi*.

B Ab hac persona formantur & illa in τέον, quæ tanquam gerundia sunt; γέγραπται *scriptum est*, γραπτέον *scribendum est*. Quod si tribus generibus varientur, veluti gerundia fuerint, ὁ γραπτέος, ἡ γραπτέα, τὸ γραπτέον *scribendus, a, um*

Fiunt etiam ex PRÆTERITO MEDIO: vt ἡ φθορὰ *perditio*; ὁ λόγος *ratio*, ὁ γονεὺς *genitor*, ἡ λοιβὴ *libatio*. Regula vero de mutatione ε in ο notanda est, quia plurima verbalia inde petuntur, etiam ab illis verbis quorum præteri-
C tum medium non est in vsu, vt φόνος *cædes*, πνοὴ *flatus*, φορὰ *latio*, χοὴ *libamen*; ab inusitatis πέφορα, κέχοα, &c.

A PARTICIPIO ὤν deriuantur οὐσία *substantia*, ἀπουσία *absentia*, παρουσία *præsentia*.

Liberum non est ex quolibet tempore verbalia deducere, sed vsurpanda tantùm ea, quæ iam vsu inualuerunt. Obseruatio.

D

NVMERALIA CARDINALIA.

Sing. Mascul. εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα, *vnus, vnius, vni, vnum*. Fœminin. μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν. Neut. ἕν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν. *Hinc* οὐδεὶς, *cuius plurales casus* οὐδένες, οὐδέσι, &c.

Dualis δύο, *duo*, & δύω Atticè; Genit. δυοῖν vel δυεῖν in omni genere, iungiturque cum plurali, vt ἐν ἔτεσι δυεῖν *en deux ans*, estque vsitatior hic casus quàm datiuus δυσί. Dat. δυσί, *duobus, duabus*. Admittit articulum dualis & pluralis numeri τὼ καὶ τὰ καὶ τὼ δύο: vel οἱ αἱ τὰ δύο. Interdum est indeclinabile, δύο κεράτων τῇ δύο χερσὶ λαβόμενος, *duo cornua duabus manibus accipiens.* A

δυεῖν fit à δυοῖν mutato ο in ε. δυεῖν vero *duobus* masculinum, legitur apud Lucian. col. 223. & contra δυοῖν *duarum* fœmininum, apud Laert. pag. 488. Iungitur etiam cum nomine duali, vt κυνόδοντε δύο *duo canini dentes*, vbi δύο redundare videtur. B

Pluraliter communia, τρεῖς, τριῶν, τρισί, τρεῖς, *tres, trium, tribus, tres*: Neutra, τρία, τριῶν, τρισί, τρία, *tria, trium, tribus, tria*.

Sic οἱ & αἱ τέσσαρες, τὰ τέσσαρα, *quatuor*, τῶν τεσσάρων: τοῖς τῇ ταῖς τέσσαρσι & τέτρασι, τοὺς & τὰς τέσσαρας, τὰ τέσσαρα. C

A QVATVOR vsque ad CENTVM sunt indeclinabilia, πέντε *quinque*, ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα *decem*, ἕνδεκα, δώδεκα & δυώδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε, δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, dicunt etiam δυοκαίδεκα, τρεισκαίδεκα, &c. εἴκοσι *viginti*: εἰκοσιεῖς, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, ἑκατὸν *centum*. Hinc iam declinantur, οἱ διακόσιοι. αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *ducenti, æ, a*, τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι quod & τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι *mille*: δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀκτα- D

A χιλίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, *decies mille*; δισμύριοι, τρισμύριοι, &ita in reliquis.

NVMERALIA ORDINALIA sunt πρῶτος *primus* δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔννατος, δέκατος, *decimus*; ἑνδέκατος, δωδεκάτος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς *vigesimus*; εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς
B *centesimus*; διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς *millesimus*; δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς *decies millesimus*; δισμυριοστὸς, & sic deinceps. Indifferenter vero aut maiorem numerum præponunt minori; aut contrà minorem maiori, teste Budæo. Sic etiam loquuntur, ἑνὸς δέον εἰκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ *vno minus vicesimus annus finiebatur bello*: ναυσὶ δυοῖν δεούσαις πεντήκοντα κατέπλευσαν, *nauibus duabus minus quinquaginta naui-*
C *garunt*.

HETEROCLITA.

PROPRIA nomina primæ contractorum, habent interdum casus primæ declinationis
D simplicium; Ἀριστοφάνης *Aristophanes*, τοῦ Ἀριστοφάνεος, τὸν Ἀριστοφάνην: οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος, *annus*, ἑπταέτης, εος, *septennis*: οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας: διέτης, *biennis*; τριέτης, *triennis*, &c.

Hæc porrò ab ἔτος composita accentum variant: modò enim penultimam acuunt, modò vltimã, vt ἑπταέτης vel ἑπταετὴς: Genit. ἑπταέτους, vel ἑπταετοῦς. Sic de ceteris ab ἔτος descendentibus.

Ad tertiam declinationem simplicium pertinet ὁ μέγας *magnus*, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸν μέγαν, ὦ μέγας Fœmi. ἡ μεγάλη, vbique vt τιμή: Neut. τὸ μέγα, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸ μέγα, ὦ μέγα. Item ὁ πολὺς *multus*, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ, τὸν πολύν, ὦ πολύ: Fœmi. ἡ πολλή, per omnia vt ἡ τιμή: Neut. τὸ πολύ, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ, τὸ πολύ, ὦ πολύ. Dualia & pluralia masculinæ & neutræ vocis inflectũtur, μεγάλω, μεγάλα, μεγάλω, & πολλώ, πολλά, πολλώ, & sic deinceps velut à nominatiuo poëtico πολλός, & inusitato μεγάλος. A B

Obseruatio. *Quamquam Æschylus dixisse fertur*, ὦ μεγάλε Ζεῦ ô magne Iupiter, *referente Eustathio ad v.* 419. *Il. υ. Poëtæ quoque regulariter inclinant*, ὁ πόλις, τοῦ πολέος: οἱ πολέες *contractè* πολεῖς: τῶν πολέων: τοὺς πολέας.

Singulariter masculina sunt, ὁ δεσμὸς *vinculum*, ἐρετμὸς *remus*, ζυγὸς *iugum*, κύκλος *circulus*, λύχνος *lucerna*, μοχλὸς *vectis*, νῶτος *dorsum*, σταθμὸς *statio*, βάχηλος *collum*, δίφρος *biga*: Pluraliter neutra, τὰ δεσμά. Vsurpantur tamen in masculino genere, κύκλοι, ἐρετμοί, μοχλοί, βάχηλοί, δεσμοί. C

B *modò* vel *paulo antè* : πέρυσι, *superiore anno*; καὶ δὴ *continuò*. pro καὶ δὴ εὐθὺς *statim*.

Loci : αὐτοῦ, *ibi*, *illic*, *hic*; αὐτόθι, *ibi*, *illic*, *illuc* : αὖθι, *ibi*, *huc* : ἵνα, *Vbi*, *quò*, *illic* : ἄνω, *supra* : κάτω, *infra* : ἔμπροσθεν, *antè* : ὄπισθεν, *retrò* : δεῦρο, *huc*, & Atticè δευρὶ : *hactenus*, vt *sed de his hactenus*, *à tant de cecy*, τοῦτο μέντοι τοιοῦτο, vel ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, aut καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ. Vide
C caput 15. Syntaxeos.

Hortandi : εἶα, ἄγε, ἄγετε, εὖγε, φέρε : φέρε δὴ, δεῦρο δὴ, εἶεν, εἶεν δὴ, ἴθι δὴ, *age verò*.

Similitudinis : ὡς, ὥσπερ, καθὰ, καθάπερ, καθὸ, οἷον, οἱονεὶ, οἵως.

Sunt quę intensionem significant ἄγαν, σφόδρα, μάλιστα, πάνυ, *valde*. Alia contrarium ἠρέμα, & ἡσυχῆ *sensim* : μόγις, μόλις, σπουδῇ, *vix*.

D Multi datiui aduerbiascunt : vt βίᾳ, *par force & violence* : σπουδῇ *festinanter*, ἰδίᾳ *priuatim*, δημοσίᾳ *publicè*, & à quibusdam per diphthongum impropriam scribuntur, ab alijs sine diphthongo. Neque sic casum recusant, vt βίᾳ ἐκείνων, *inuitis ipsis*, *en despit d'eux*, apud Thucydidem lib. 5. pag. 172.

Quędam exeunt in ι : vt πανστρατί, *cum toto exercitu*, ἀωρί *intempestiuè*, ἀναιμωτὶ *sine sanguine*. Sic

& alia in ιστ, quæ à gentilibus descendunt, vt σκυθιστὶ, *Scythicè*, vel *Scytharum more*; ῥωμαϊστὶ, *more Romano*. Interdum desinunt in ί, vt αὐτοβοεὶ, *illicò, primo statim clamore, &c.* Alia terminantur in δον: vt ὁμοθυμαδὸν, *vnanimiter*, κυνηδὸν, *caninè, more canum*: vel in δην, vt βάδην, *pedetentim*, χύδην, *fusè*. A

Neutra adiectiua etiam transeunt in aduerbia: ταχὺ *celeriter*, εὐθὺ *rectà*; πλουτῶν ἀταραχώτερον διάγω καὶ εὐδαιμονέστερον, *diuitibus viuo tranquillius & felicius*: Item pluralia; vt ἀνίατα νοσεῖν, *incurabiliter ægrotare*: pro ταχέως, εὐθέως, ἀνιάτως, &c. B

Similiter comparatiua singularia, & superlatiua pluralia, vsurpantur frequentissimè pro aduerbijs; βέλτιον *melius*, βέλτιστα *optimè*, &c. Quin & in plurali numero legimus, πλείω, μείζω, χείρω, pro aduerbijs, *plus, magis, peius*. C

Aduerbia interrogandi: οὐκ; οὔκουν; ἆρ' οὐ; μῶν μή; ἦ γὰρ; οὐ γὰρ; ἦ τί; ἦ πως; *annon? nonne? Vtrum?* μῶν; μή; μήτι; *num? numquid?* μήτις; *numquis?* μῶν οὖν; *numquid igitur?* ἆρά ποτε; *Vtrum tandem?* ἆρ' οὖν; ἆρά γε; ἦ; ἦ; *nonne? Vtrum igitur?* τί δὴ & τί μὴν; *quidnam?* ποῖον δή; *quale tandem?* δῆτα in interrogatione, *tandem*, vt τί δῆτα δεδοίκατε; *quid tandem timetis?* ἆρα μή; *numquid? Vtrum?* quod in consequentia orationis ἀλλὰ μὴ dicitur, ἀλλὰ μὴ ἰατρὸς; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε: ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι; *numquid*, vel *Vtrum, annon medicus? per Iouem non ego: numquid architectus vis esse?* D

Negandi, μὴ & οὐ *non*: μήτοι, μήτοιγε, μήποτε, οὐδέποτε, οὔτοι, ὅτι μή, μηδαμῶς, οὐδῆτα, οὐ γὰρ αὖτις, οὐ μὴν δή, οὐδαμῇ οὐδαμῶς coniunctim, *nequaquam minimè*. Dicitur & μὴ ὅτι, cui respondet ἀλλὰ, vt

A μὴ ὅτι τ̀ ἰδιώτην, ἀλλὰ τ̀ βασιλέα: vel μὴ γὰρ ὅτι, *non solum enim non &c. sed*: μὴ, ἵνα μὴ, *de peur que, à ce que*, οὐ τοίνυν *neque verò*, οὐ μὴν *nequaquam*; οὔτε μὴν, οὐδὲ μὴν. οὐ μέντοι *neque verò, nec tamen, nec verò*, οὐ μήπω *haud dum tamen*: οὔκουν *quasi* οὐχὶ οὖν, *neutiquam igitur, minimè verò*: ponitur & in responsione, μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι; οὔκουν ἔγωγε, *nunquid architectus vis esse? minimè*: ἔτι, μήτι δὴ,

B μήτιγε, μήτοιγε δὴ, μήτοιγε, μὴ ὅτιγε, *nedum*, vt οὐδὲ ἀγγέλοις ἐννοεῖν μὴ ὅτιγέ σοι συγχωρήσομεν, *neque angelis intelligere, nedum tibi concedemus*: Dicitur & οὐχ ὡς *nedum*, vt οὐχ ὅσον, οὐχ ὅπως, οὐχ οἷον, *non solum*: οὐχ οἷον, ὠφελεῖν δυνάται' αὖ τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' αὑτὸν σώζειν, *non solum iuuare non poterit amicos, sed ne seipsum seruare*: οὐχ ὅτι, & μὴ ὅτι, οὐχ ὅπως, *non solum non, non quod*, οὐχ ὅτι μὴ καλὸν, *non quod non præclarum*. Scri-

C buntur οὐ, & οὐχὶ ante consonantes; οὐκ & οὐχ ante vocales aut diphthongos; sed οὐκ ante tenues, οὐχ ante aspiratas. Cæterum hæc aduerbia negandi geminata magis negant, ἦν κράτιστον μηδὲ καλέσαι μηδένα, *optimum erat neminem vocare*.

Affirmandi siue confirmandi: δὴ, ἄρα, μέντ' αὖ, quasi μέν τοι αὖ, *nempè, sanè, vtique*: ἔτι τοίνυν, *iam vero, atque etiam*: καὶ γὰρ καὶ: καὶ δῆτα: καὶ μὴν δὴ καὶ

D *etenim*: μὴν *veruntamen*: οὐ μὴν ἀλλὰ, *enimuero, at vero*: δήπου, δήπουθεν, nimirum, vtique: ἀμέλει, *certè, etenim*: ἦπου & ὄντως που, *nimirum*: νὴ, ναὶ, ἦ, *certè*: πάντως & πάντη, *omninò, prorsus*, vel conjunctim vel diuisim: οὕτως ante vocales, & οὕτω ante consonantes: ὄντως *verè*.

Concedendi: τί μὴν *quidni*: εἶεν *sit ita*.

Comparandi: ἴσα & καὶ, *æque ac, perinde ac*: ἦπου & ἦπουγε *multo magis*: ἦπου, πολλῷ γε, vel conjun-

etiam ἤπεργολῆγε *multo minus*. A

Indignantis: εἶτα initio periodi: ἄπαγε.

Dubitantis: μῶν, ἄρα, ἦ, τυχὸν, τάχα, ἴσως, ἄν, ἆρα, εἰ ἄρα, *si forte*: μὴ & μήποτε est dubitantis & dubitanter decernentis, vt ἀλλ' ὃ λέγουσι μήποτε ἄγαν εὐήθες, *nam quid dicunt haud scio an stultum sit, fortè*; οὐδήπου dubitantis est cum interrogatione, vt οὐδήπου κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα; *an malum* B *quoddam verbum imprudenti mihi excidit*; ἦ, vt ἦ τοῦτο τὸ αἴτιον; *an hæc causa est?*

Deprecandi seu abominandi: μήποτε, μὴ δῆτα, μὴ γὰρ δή, μὴ γάρ γε, οὐ γὰρ δή, οὐ, *absit*: μήτοι ποτὲ διάπειραν λάβοιμι, *nunquam hæc experiri contingat*.

Cum aduerbiis numerantur, quas vocamus Interiectiones; ἰοὺ, οἴμοι, αἶ, ποποῖ, ὀτοτοῖ, & similes. Vide cap. 9. Syntaxeos. C

DE PRÆPOSITIONIBVS.

Præpositiones monosyllabæ sunt sex, ἐν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρό, πρός, σύν, pro quo Attici ξύν.

Dissyllabæ duodecim, ἀνά, κατά, διά, μετά, παρά, ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ, ἀπὸ, ὑπέρ, ὑπό. D

Ἐκ ponitur ante consonãtes; ἐξ ante vocales, Genitiuum regit, & significat, *è*, *ex*, *à*, *ab*, *præ*, *de*, *per*, ἐκ τῶν λειμώνων δρέψασθαι, *cuillir emmi les prez*: *propter*, *post*, *extra*, *in*.

Πρό, genitiuum regit: *ante*, *pro* in defensionis significatione, vt pugnare pro legibus; *præ*.

Ἀντὶ, genitiuum habet: *pro* seu *vice & loco*, vt, est vice, vel loco domini: *pro*, id est propter.

A Ἀπὸ genitiuum regit: *à* vel *ab*, *ex*, *è*, *de*, *per*, *absque*, *post*, *præ*, vt præ gaudio, præ tristitia. Ἄπο accentu in prima significat, *procul*, *longè*.

Ἐν, datiuo iungitur; & significat, *in*, *inter*, *intra*, *penes*, *ex*, *cum*, *pro*, vt pro nihilo habere; interdũ pro εἰς *in*, cum motũ significat; aliquãdo participio, nomine, aut verbo redditur; interdum redundat. Vel per ellipsin ponitur, vt
B ἐν γειτόνων, nempe χώρᾳ, vel quid simile.

Σὺν vel ξὺν, *cum*, datiuum regit.

Εἰς, accusatiuo gaudet, & significat *in* cum motu, vel sine motu pro ἐν: *ad*, item, *in*, *erga*, *aduersus*, *circiter* vel *ad*, vt ad trecentos, vel circiter trecentos; *ob*, *propter*: *pro* in facultatis significatione, vt pro humanarũ virium modulo: *per*, vt ῥίψας εἰς τὸν λειμῶνα ταλάρους, *jettant emmi le pré*
C *de petits paniers* ou *coffins*.

Ἀνὰ, regit accusatiuum, & significat *sursum versum*, vt contra fluuium nauigare, vel aduerso fluuio: *per*, *in*, *apud*: numerali distributioni seruit, ἀνὰ πέντε τίκτει, *singulis vicibus quinos parit*, ἀνὰ δύο, *bini*.

Διὰ, Cum genitiuo, *per*, *ex* in materiæ significatione, vt, è farina confectus: *in* cum motu &
D sine motu, *post*, *inter*, *ex*: interdum aduerbio redditur, διὰ τάχους *celeriter*: *coram*, vt apud Aristenetum lib. 1. Epist 27. νὺξ διὰ γυναικὸς παριόντος, *passant deuant vne femme*: agnoscit & Casaubonus lib. 12. in Athen. cap. 2. διὰ μαρτύρων κλαίειν *coram* vel *præsentibus testibus flere*. Cum accusatiuo, *per* à vel *ab*, *propter*.

Μετὰ, Cum genitiuo significat, *cum*, *à tout*, vt μετὰ τῆς ὀσμῆς, *à tout leur souëfue odeur*: Item.

quant; vt, *il est venu quant & luy.* ἅμα idem significat, πάτρους ἅμα *à tout des sistres*: significat & *inter.*

Cum accusatiuo, *post*, *in*, *contra*, vel *aduersus*, *propter*. Cum datiuo apud Poëtas, *cum*, *in*, *per*, *inter*. Lucianus etiam dixit, μετ' χερσὶν *in manibus* vel *inter manus*.

Κατὰ, Cum genitiuo, *de*, vel *è*, vt è muro deijcere; *in*, *contra*, *aduersus*, *per* in iuramentis, vt dicas mihi per Deum; *post*, *præ*, Sic apud Nazianz. 1. in Iulian. κατ' πάντων *præ omnibus*, vel *super omnes*; *pro*, sic ibidem κατ' τῶν ἀγωνιζομένων οἱ στέφανοι, *coronæ sunt pro certantibus*; *sub*, *super*, *per*. Cum accusatiuo, *iuxta*, *secundum*, *pro* in modi significatione, pro viribus, pro virtute; *in*, *citra ob*, *è regione*, vt ob oculos ponere; *ad*, *per*, *propter*. B

Ὑπὲρ, Cum genitiuo, *super*, *supra*, *de*, *præ*, *pro*, item *per* in ratione iurandi. Cum accusatiuo, *supra*, item *vltra* in ratione excessus, vt vltra vires, vltra centum annos vixit, &c. *præter* vel *contra*. C

Περὶ, Cum genitiuo, *à* vel *ab*, *de*, *ex*, *coram*, *contra*, *per*, vt dic per Deum; *cum*, *versus*, vt Boream versus, *du costé de la bise*, &c. *prope*, *ex*. Cum datiuo, *prope*, *iuxta*, *in*, *præter*, *vltra*, *penes*, vt penes se meditabatur, *à par soy*: *aduersus*, *contra*. Cum accusatiuo, *ad*, *apud*, *ad* quando comparationibus adhibetur, vt nugæ sunt omnia ad aurum, id est, si cum auro comparentur; *aduersus*, *erga*, *cum*, *apud*, *in*, τίκτεται πρὸς τὸ πῦρ, *il naist emmy le feu*; *secundum*, *circa*, *propter*, *per inter*, vt amicitia quæ est inter nos. D

Παρὰ, Cum genitiuo, *à* vel *ab*, *ex*, *de*, *præ*.

Cum

A Cum datiuo, *apud*, *inter*, vt inter pocula, inter bella ciuilia. Cum accusatiuo, *prope*, *iuxta*, *ad*, *per*, *inter*, vt inter cœnam; *in*, *præter*, *citra*, *vltra* vel *supra*, vt vltra vires; siue *vltra* vel *trans*, *propter*, *præ*, *cum* in comparatione, vt sermonem cum sermone comparare, &c. *pro*, *prout*. Interdum significat temporis intermissionem, *quarto quoque die*, &c.

B Ὑπὸ, Cum genitiuo, *à* vel *ab*, *propter*, *præ*, *per*, *sub*, item *cum* apud Pindarum Od. 4. Olymp. initio. Cum datiuo, *sub*, *in*, *cum*, *coram*, *ex*, vt languere ex vulnere. Cum accusatiuo, *sub*, *in*, quando significat tempus, vt in nocte, vel de nocte, &c.

Ἐπὶ, Cum genitiuo, *super*; interdum *officium* significat, vt à secretis, ab epistolis: *de*, *coram*; *in* C cum significatione motus, & tunc censetur genitiuus pro accusatiuo poni, vt ἐπ' οἴκου ἀπιέναι, *domum abire*: *sub* cum significatur tempus, vt sub Augusto: *penes*, *apud*, *erga*, *ad*, *prope*, *cum*, *post*, *de*. Cum datiuo, *super*, *vltra*, *præter*, *contra*, *aduersus*, *apud*, *iuxta*, *propter*, *post*, *cum*: cōditionem interdum declarat, vt ἐπὶ τούτοις *his legibus*, *his conditionibus*: *in*, *penes*, *sub* in potestatis & imperij
D significatione. Cum accusatiuo, *super*, *ad*, siue *versus*, vt dexteram versus, ad dexteram: *vsque ad*, vt ægrotare vsque ad mortem: *ad*, *propter*, *aduersus*, *in*, *sub* quando potestatem significat. Dicitur & ἐπὶ τὴν ἕω, *sub auroram*, sub caniculam, &c.

Περὶ, Cum genitiuo; *circum*, *de*, *pro*, *propter*; *pro*, id est, *loco*, ἀντὶ: *præ*, *supra*, vt præ omnibus, vel supra omnia. Cum datiuo, *circum*, *circa*, *in*

cum motu & ſine motu; *prope, apud.* Cum verbis timendi poſitum, non redditur latinè, δέδια περὶ σοὶ *timeo tibi.* Cum accuſatiuo, *circa, circum:* cum εἰμὶ, σπουδάζω, aut ἔχω, *occupatus, intentus ſum, do operam alicui rei: erga, aduerſus, contra, apud, circiter:* articulum à fronte gerens, deſiderat à tergo Participium, τὰ περὶ ἐμὲ *res mea,* ad verbum, *quæ circa me;* οἱ περὶ τὴν θάλασσαν, *qui occupantur in mari. Comites* ac *ſectatores* frequenter hoc loquendi genere ſignificantur, οἱ περὶ πλάτωνα, *Platonis ſectatores*: interdum *ſola perſona*, ſic in exemplo allato non ſolum *Platonis ſectatores*, ſed etiam *ipſe Plato* ſignificatur.

A
B

Ἀμφὶ, A præcedente περὶ, nihil nec ſtructurâ differt, nec ſignificatione.

Quando præpoſitio poſtponitur ſuo caſui, retrahitur accentus in penultimam: vt συμφορᾶς ὕπο *præ calamitate,* διὸς πάρα *ab Ioue,* πόνῳ ἔπι *propter laborẽ,* ἱστορίας πέρι *de hiſtoria.* ἀνὰ & διὰ *non retrahunt.* C

PRÆPOSITIONES LATINÆ
GRÆCIS REDDITÆ.

Obſeruatio. *Quia ſcribendum etiam Græcè, Latinas præpoſitiones addidimus, vt norint Scholaſtici, quo pacto Græcè reddi debeant. Præpoſitionem cum ſolo articuli caſu notauimus, vt ſignificetur quo caſu gaudeat.* D

A, ab, abs: ἐκ vel ἐξ τοῦ, ἀπὸ τοῦ, διὰ τοῦ, πρὸς τοῦ, παρὰ τοῦ, ἀπὸ τοῦ.

Abſque, ſine, ἀπὸ τοῦ, χωρὶς τοῦ, ἄνευ τοῦ.

Cum: ἐν τῷ, σὺν τῷ, μετὰ τοῦ, πρὸς τῷ, ὑπὸ τοῦ: ὑπὸ τῷ, ἐπὶ τοῦ, ἐπὶ τῷ.

Coram: διὰ τοῦ, πρὸς τοῦ, κατὰ τὸ, ὑπὸ τῷ. Vtuntur

A & aduerbio λαμπρῶς, Synes. Epist. 3 λαμπρῶς τῇ πόλει, *coram tota ciuitate*, *palam*.

Clam: vsurpant aduerbia, κρύβδην, κρύφα, σιγῇ & λάθρα, cum genitiuo. Synesius tamen Epist. 3. dicit, λάθρα τῇ πόλει, *clam ciuitate*.

De: ἐκ vel ἐξ τοῦ, ὑπὸ τοῦ, κατὰ τοῦ, ὑπὲρ τοῦ, πρὸς τοῦ, παρὰ τοῦ, ἐπὶ τοῦ, περὶ & ἀμφὶ τοῦ.

E, *ex*: ἐκ vel ἐξ τοῦ, ἀπὸ τοῦ, ἐν τῷ, διὰ τοῦ in B materię significatione, vt ex auro confectus, &c. κατὰ τοῦ, πρὸς τοῦ, παρὰ τοῦ, ὑπὸ τῷ.

Pro: πρὸ τοῦ in defensionis significatione, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸν in facultatis significatione, vt pro meis viribus, &c. κατὰ τοῦ, κατὰ τὸν, in modi significatione, vt pro malitia, diuitijs, &c. ὑπὲρ τοῦ, περὶ τοῦ.

Præ: ἐκ vel ἐξ τοῦ, πρὸ τοῦ, ἀπὸ τοῦ, vt præ gaudio, C mœrore, κατὰ τοῦ, ὑπὲρ τοῦ, παρὰ τοῦ, παρὰ τὸν, ὑπὸ τοῦ, περὶ τοῦ.

Palam: φανερῶς. Vide *Coram*.

Tenus, *Vsque*: μέχρι, vel μέχρις, cum genitiuo.

Procul: ἄπο, ἕκας, ἄποθεν, τῆλε, τηλοῦ: quæ omnia genitiuo gaudent, & sunt aduerbia.

Ad: εἰς τὸν, παρὰ τὸν, πρὸς τὸν, ἐπὶ cum accusatiuo & datiuo. Vtuntur & coniunctione ὡς D cum accusatiuo.

Apud: ἀνὰ τὸν, πρὸς τὸν, παρὰ τῷ, ἐπὶ τοῦ vel τῷ, περὶ cum datiuo & accusatiuo.

Ante: πρὸ τοῦ.

Cis, *citra*: ἐπίταδε vel ἐπὶ τάδε cum genitiuo: cuius contrarium est, *Vltra* ἐπέκεινα τοῦ.

Circiter: εἰς & περὶ cum accusatiuo.

Circum, *circa*, *circiter*: εἰς, κατὰ, & πρὸς, cum accusatiuo; περὶ τοῦ, τῷ, vel τόν.

Erga: εἰς, περὶ, πρὸς, cum accusatiuo. A

Extra: ἐκ & ἔξω, cum genitiuo.

Intra: ἐν τῷ, ἐντὸς τοῦ.

Inter: ἐν τῷ, διὰ τοῦ, πρὸς τὸν, παρὰ cum datiuo & accusatiuo: μετὰ τοῦ.

Infra: κάτω τοῦ.

Secus, *iuxta*, *prope*: πρὸς τῷ, παρὰ τὸν, ἐπὶ τῷ, κατὰ τὸν, περὶ cum datiuo & accusatiuo.

Ob, *propter*: ἐκ vel ἐξ, ἀντὶ, διὰ, μετὰ: κατὰ, πρὸς, B
παρὰ, cum accusatiuo, ὑπὸ τοῦ, ἐπὶ cum accusatiuo & datiuo, περὶ τοῦ.

Penes: ἐν & πρὸς τῷ, ἐπὶ cum genitiuo & datiuo, *riere soy*, *à par soy*, *endroit soy*. Etiam præpositio *apud* significat *penes*.

Per: ἐκ, ἀπὸ, ἀνὰ, διὰ cum genitiuo & accusatiuo: ὑπὸ τοῦ: παρὰ, & κατὰ τὸν. Item κατὰ, πρὸς, ὑπὲρ, cum genitiuo in ratione iurãdi vel obsecrandi. C

Post, *pone*: ἐκ, ἀπὸ, & διὰ, cum genitiuo; μετὰ τὸν, ἐπὶ τῷ.

Præter: ὑπὲρ & παρὰ τὸν, πρὸς τῷ, ἐπὶ τῷ.

Secundum: κατὰ τὸν, ἐκ τοῦ.

Versus: πρὸς τοῦ, ἐπὶ τόν.

Vltra siue *trans*: ὑπὲρ τὸν, πρὸς τῷ, παρὰ τὸν, ἐπὶ τῷ.

Contra, *aduersus*, *aduersum*: εἰς & μετὰ cum ac- D
cusatiuo, κατὰ τοῦ, ὑπὲρ τὸν, πρὸς cum genitiuo, datiuo & accusatiuo, παρὰ τὸν, ἐπὶ τῷ.

Sub, *subter*, *infra*: κατὰ τοῦ, ὑπὸ cum genitiuo, datiuo, & accusatiuo; ἐπὶ τοῦ cum significatur tempus, vt sub Augusto, vel tempore Augusti.

Super, *supra*: κατὰ τοῦ, ὑπὲρ cum genitiuo & accusatiuo; παρὰ τὸν, vt supra vires, ætatem.

A *In* : ἐκ τοῦ, ἐν τῷ, εἰς τὸν cum motu & fine motu; ἀνὰ τὸ, διὰ τὸ cum & fine motu; μετὰ τοῦ, κατὰ τοῦ & τὸν, πρὸς τὸν & τῷ, παρὰ τὸν cum denotatur tempus quo aliquid fit; ὑπὸ τῷ, ὑπὸ τὸ quando fign ficat tempus, vt in nocte; ἐπὶ τοῦ, τῷ, τό: περὶ τῷ cum motu & fine motu.

B
DE CONIVNCTIONIBVS.

CONIVNCTIONES funt Copulatiuæ, καὶ *&* μὲν *quidem*, δὲ *vero*, τὲ *que*.

Difiunctiuæ, ἢ, *vel* ἤτοι *fiue*.

Continuatiuæ, εἰ *fi*, εἴπερ *fiquidem*.

Subcontinuatiuæ, ἐπειδὴ *poftquam*, ἐπειδήπερ
C *quandoquidem*.

Caufales, ἵνα *vt*, ὅπως *quò*, *vbi*, γὰρ *enim*, ὅτι *quòd*, διότι *propterea quod*.

Dubitatiuæ, ἆρα *an*, μῶν *num*, μὴ *nunquid*.

Collectiuæ, ἄρα *ergo*, οὖν *itaque*, τοίνυν *igitur*, τοιγαροῦν, *quocirca*.

Expletiuæ, δὴ, νὺ, πὲρ, γε, γὲ, τοί.

Et quæcunque præterea de fignificationibus
D coniunctionum dici folent. *Vide c.* 23. *Syntax.*

DE ACCENTIBVS. GRÆCORVM.

ACCENTVS Græcorum funt tres, Acutus hac formâ notatus ´, Grauis `, Circunflexus ˜, vt etiam initio Grammaticę notauimus.

Acutus habet ſedes, antepenultimam, penultimam, vltimam: Circunflexus, penultimam, & vltimam: Grauis, vltimam tantum. Cæterum Grauis in omni ſyllaba intelligitur, quæ nec acuitur, nec circunflectitur; at ſignatur tantum in vltima. Nam A

Si in contextu orationis reperiatur dictio acuta, mutabitur in grauem, puta θεός acutum eſt; at ſi dicas θεὸς ἡμῶν, vox θεὸς accentu graui notabitur. Si tamen dictio acuta ſolitaria ſcribatur, vel terminet periodum, aut pręcedat encliticam; retinebit ſuum accentum: vt θεός: item θεός σου: & ἡμῶν ὁ θεός. Interrogatiuum quoque τίς vbique ſuum ſeruat accentum, τίς ἐποίησε; *quis fecit?* B

Græci in accentibus non habent rationem quantitatis, ſed vltimæ ſyllabæ: quæ C

Vltima ſyllaba ſi ſit breuis, accentus acutus erit in antepenultima, ἄνθρωπος, τύπτομεν: Si longa, erit in penultima, σωμάτων: pręter caſus Atticos Μενέλεως, λέξεως, ὄφεων.

Longa naturâ ante finalem breuem, circunflectitur, ſi modo accentus debeat eſſe in penultima: vt σῶμα, μᾶλλον. Dixi, *ſi accentus debeat eſſe in penultima*: nam τύπτηται non circunflectit penultimam, licet longa ſit, & vltimam habeat breuem, quòd accentus cadat in antepenultimam. *Naturâ longam* etiam dixi: nam ſi tantum poſitione longa ſit, non circunflectitur, vt τύψαι, τετύφθαι. D

Obſeruatio. DIFFICVLTAS *igitur eſt in cognoſcendis vocibus illis, quarum vltima breuis eſt & penultima accentu notanda, vt circunflectatur, ſi longa ſit naturâ,*

A *ſin aliter erit, acuatur. Et vt à nominibus & participÿs incipiamus,*

Omne NOMEN impariſyllabicum, cujus vltima acuitur, ſi fœmininum habet ſecundæ declinationis ſimplicium, illud fœmininum penultimam circunflectit: ὀξὺς, ὀξεῖα, & ſimilia omnia: præter ἡμαχὺς, ἡμάχεια, & λιγὺς, λίγεια.

Sic, PARTICIPIA quorum vltima notatur
B accentu, circunflectuntur in penultima ſui fœminini. Talia ſunt omnia fœminina preteritorum actiuę & medię vocis: vterque Aoriſtus paſſiuus: omnia præſentia, & Aoriſti ſecundi verborum in μι actiuę vocis: & omnes Aoriſti ſecundi participiorum actiuæ vocis: atque participia circunflexa: τετυφὼς, τετυφυῖα: τετυπὼς, τετυπυῖα: στὰς, στᾶσα: διδοὺς, διδοῦσα: μιγνὺς, μιγνῦσα:
C τυπὼν, τυποῦσα: τυπεὶς, τυπεῖσα: τυπῶν, τυποῦσα: πατῶν, πατοῦσα.

Item, Neutra pręſentis, Aoriſti & Futuri primi participiorum actiuę vocis habent accẽtum in penultima: διῶκον, διῶξαν, διῶξον: πολεμίζον, πολεμίσαν, πολεμίσον.

Αι & οι diphthongi finales, in accentibus breues habentur, ἄνθρωποι, ἡμέτεραι. Exci-
D piuntur, aduerbium οἶκοι *domi*: & Optatiui actiui tertiæ perſonæ ſingulares, in quibus longæ cenſentur, vt ποιήσαι, βοήσαι, χρυσώσοι, πολεμίσοι.

In VERBIS, Aoriſtus primus infinitiuus actiui accentum habet in penultima: πολεμίσαι, διῶξαι, ποιῆσαι, πεῖσαι, μολῦσαι, μιᾶναι, κρῖναι. Penultima ſiquidem huius temporis longa eſt in omnibus verbis quintę coniugationis.

Perfectum etiam Infinitiui passiui accentu notatur in penultima, τετιμῆσθαι, πεποιῆσθαι: at κεχρίσθαι, μεμολύσθαι, μεμιάσθαι, accentu acuto; quia verba quintæ coniugationis corripiunt vocalem in perfecto actiuo & passiuo, & temporibus quæ inde formantur. A

Vterque Aoristus infinitiui passiui penultimam circunflectit, τυφθῆναι, τυπῆναι.

Præterea perfectum Infinitiui actiui & medij, item Aoristus 2. medius Infinitiui, penultimam acuunt, τετυφέναι, τετυπέναι, τυπέσθαι. B

In NOMINIBVS aliqua distinctione opus est. Nam

In prima declinatione simplicium, Nominatiuus pluralis semper habet accentum in penultima, τοξόται, αἰνεῖαι.

In secunda declinatione, Si accentus singularis est in antepenultima, retinetur in Nominatiuo plurali, ἄκανθα, ἄκανθαι. Si vero in penultima, etiam erit in penultima Nominatiui pluralis; ἡμέρα, ἡμέραι: τυπεῖσα, τυπεῖσαι. Fœminina tamen adiectiuorum tertiæ declinationis licet acuant penultimam singularem, in plurali Nominatiuo seruant accentum Nominatiui pluralis sui masculini; ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτεροι, ἡμέτεραι. C D

Nominatiui duales primæ & secundæ simplicium penultimam acuunt αἰνεία, μούσα.

Genitiui plurales substantiuorum primæ & secundæ simplicium circunflectuntur, αἰνειῶν, μουσῶν Etymologus in χλόη excipit χλούνων, χρήστων, ἐτησίων, à nominatiuis χλούνης *aper*, χρήστης *fænerator*, ἐτησίας, vnde ἐτησίαι *etesiæ*. Si tamen fœminina sint ab adiectiuis tertiæ declinationis, seruant ac-

A centum sui masculini : vt ἡμετέρα *nostra*, Genitiuus pluralis ἡμετέρων *nostrarum*, quia Genitiuus masculinus ἡμετέρων *nostrorum*, habet accentum in penultima.

Tertiæ declinationis nomina, si habeant acutum in penultima Nominatiui singularis, vbique retinent illum, ὀλίγος, ὀλίγον, ὀλίγοι. Sic participia passiua præteriti temporis τετυμμένος, τετυμμένον.

B In tribus primis declinationibus parisyllabicis, quando accentus est in vltima nominatiui, semper manet in vltima aliorum casuum: sed in genitiuis & datiuis omniũ numerorum mutatur in circunflexum: vt θεός, θεοῦ, θεῷ, θεοῖν, θεῶν, θεοῖς.

Quarta declinatio, si notabitur accentu in vltima nominatiui, nunquam mutabit illum,

C vt νεώς, νεὼ, νεών.

In nominibus imparisyllabicis, quando vltima nominatiui acuitur, semper in obliquis accentus retrahitur in penultima: ταχύς, ταχέος: ἀληθής, ἀληθέος. Idem accidit participiis monosyllabis, στάς, στάντος, &c. At monosyllaba nomina in genitiuis & datiuis habent accentum in vltima, χείρ, χειρὸς, χειρὶ, χεροῖν, χειρῶν, χερσὶ: in aliis

D casibus in penultima, χεῖρα, χεῖρες, &c Excipe πάντων *omnium*, τρώων *Troianorum*, δμώων, *famulorum*, P. παίδων *puerorum*, φώτων *luminum*, ad differentiam φωτῶν *hominum*, θώων *ferarum*, λάων *lapidum*, P. κράτων *capitum*, P. δάδων *lampadum*, φώδων, ex φῶς quod significat rubentes maculas otiétes in cruribus eorum qui nimium ad ignem accedunt, quidam *vaccas* vocant: Etymologus addit ὠδίνων, & σέων ab inusitato σὴς *vermis*: &

πῆς πᾶσι. Sic τίς τίνος, interrogatiuum *quis*, accentu in prima per omnes casus. A

Neutrũ ab adiectiuis in εις acuit penultimam, νιφόεις νιφόεσα, νιφόεν, item vocatiuus, vt χαρίεν.

In VERBORVM accentibus superiora seruanda sunt. Supersunt quędam de Participijs dicenda.

Futura PARTICIPIORVM, quintę cõiugationis omnia, atque apud Atticos polysyllaborum in ίζω, quia circunflectuntur in indicatiuo, B hîc etiam seruant accẽtum circunflexum, στελῶν, στελοῦσα. στελοῦν: πολεμιῶν, πολεμιοῦσα, πολεμιοῦν.

At futura omnia secunda actiuæ vocis circunflectuntur, τυπῶν, τυποῦσα, τυποῦν.

Pro verbis & nominibus CONTRACTIS obseruandum, quod

Si ante contractionem accentus est in antepenultima, nunquam facta contractione erit C in vltima, sed in penultima, πάιδες, παῖδες, & non παιδᾶ: τείχεα, τείχη, & non τειχῆ. Excipe nomina in εος & εον, de quibus ad tertiam declinationem simplicium dictum est, pag. 11. & 12.

Si ex antepenultima & penultima fiat contractio, accentus remanebit in penultima; acutus, vel circunflexus, pro ratione vltimę: vt ἐδέρεἶον, quia ex α antepenultima, & ε penultima fit D contractio; accentus erit in penultima circunflexus, quia vltima breuis est, ἐδρᾶτον: at ἐδραέτην, quia ex penultima & vltima non fit contractio, sed ex α antepenultima, & penultima ε, in penultima manet accentus, acutus propter vltimam longam, ἐδράτην.

Quando ex penultima acuta, & vocali aut diphthongo sequente, fit contractio; vltima

A circunflectitur; τρέω, τρῶ: τρέειν, τρεῖν.

Ευ & ου finales, si notentur accentu, circunflexum habent: vt omnes vocatiui tertię contractorum, & Aoristus secundus imperatiui medij, vt τυποῦ, ἰδοῦ. Sed ἰδοὺ *ecce* est aduerbium. At τράπου *conuerte* vel *conuertere*, ἐπιλάθου *obliuiscere*, ἀφίκου *perueni*, acuunt penultimam.

Irregularia sunt, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν: ὁ
B δεσπότης *dominus*, μητιέτης *consiliarius*; ὦ δέσποτα, μητίετα: ἄμφω *ambo*, ἀμφοῖν: etiam ἡ μήτηρ, θυγάτηρ, τῆς μητέρος, θυγατέρος, non μήτερος, θυγάτερος.

Particulę α, ευ, δυς, crebrò accentũ retrahunt: παιδευτὸς *doctus*, ἀπαίδευτος *indoctus*: τακτὸς *ordinatus*, εὔτακτος *bene cõstitutus*: κινητὸς *mobilis*, δυσκίνητος *motu difficilis*. Sic ἑκὼν *voluntarius*, ἀέκων *inuitus*, & crasi ἄκων: λόγος *ratio*, ἄλογος *irrationalis*, εὔλογος *rationabilis*.

C Præterita & Aoristi priore longâ seruant accentum in cõpositis: εἶχον *habebam*, κατεῖχον *continebam*, εἶκα *misi*, ἀφεῖκα *dimisi*: εἷμαι *missus sum*, ἀφεῖμαι *dimissus sum*: ἧκα *misi*, συνῆκα, *intellexi*. Pręter οἶδα *noui*, σύνοιδα *conscius sum*, non συνοῖδα.

Composita à verbis in μι primæ coniugationis penultimam Imperatiui semper acuunt, χὲς, ἐπίχες: θὲς, ἐπίθες: quibus iunge, δὸς, ἀπόδος.

D Aoristi 2. Subiunctiui verborum in μι circunflectuntur, καταστῶ, ἐπιδῶ, ἐπιθῶ: vnde composita à χέω habent rationem vltimæ, vt κάταχε, κατάχω, κατάχυτον, &c. quia non est verbum in μι.

Etiam cicunflectuntur Aoristi 2. Optatiui & Subjunctiui mediæ vocis, vt ἐπιθείμην, ἐπιθεῖο, &c. ἀποθῶμαι, ἀποθῇ, &c. Dicirur tamen etiam, ἐπιθοίμην, ἐπίθοιο, & ἀπόθωμαι, ἀπόθῃ., &c.

Monosyllaba longa relicta, post apocopen

acuuntur, χρῆμι, χρή. Post Aphæresin autem A
circunflectuntur, vt ἔφην *inquam*, ἔφης, ἔφη: φῶ, φῇς, φῇ: ὦ, ᾖς, ᾖ. At breuia sunt acuta, ἔβαν, βάν.

Quædam omnino carent accentu, ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, οὐ, οὐκ, οὐχ, ὡς.

ENCLITICÆ.

B Interdum præter accentum, qui vnus est tantum in vna dictione, asciscitur alter propter dictiones encliticas, quę proprium accentum remittunt ad præcedentem syllabam.

Numerus encliticarum.

IN, Articulis, τοῦ *alicuius*, & Poëticè τευ: & τῷ *alicui*, indefinitè. C

In nominibus, τὶς & τὶ, *aliquis* & *aliquid*, per omnia genera, casus & numeros. Nam interrogatiuum τίς, *quis*? encliticum non est.

In Pronominibus, μοῦ, μοὶ, μὲ, monosyllab: nam ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, ad encliticas non pertinent. Secundæ Personæ, σοῦ, σοὶ, σέ. Tertiæ personæ, οὗ, οἷ, ἓ, *sui*, *sibi*, *se*: & dualis eiusdem personæ tertiæ, σφὲ, σφὼ, & σφωὲ cùm accipitur pro σφὲ D tertię personę (σφὼ enim secundę personę non est encliticum) & in plurali σφίσι & σφὶν, seu σφὶ & σφέας pro σφᾶς.

In verbis duo sunt enclitica, εἰμὶ *sum*, & φημὶ *dico*, in ominibus numeris, personis (exceptâ secundâ singularis) & ἐστὶ, quod Poëticum est. At in compositis iam non sunt enclitica, quia enclitica nulla reperitur trium syllabarum.

A Aduerbia, πωθὲν, πωθὲ, *alicunde*, ποθὶ, *alicubi*, ποτὲ *aliquando* πῶς *quodammodo*, πῶ *adhuc, dum*, πῆ *alicubi*, πῦ *vſpiam*, cum infinitè ſumuntur enclitica ſunt: Si verò interrogationi ſeruiant, enclitica non ſunt. Vt, ὗτος ὁ ἄνθρωπός ποθεν ἔρχεται *hic homo alicunde venit*, eſt encliticũ quia interrogatio non eſt: at, ἄνθρωπε πόθεν ἔρχῃ; *homo vnde venis*? enclitica non eſt propter interrogationem.

B Coniunctiones encliticæ ſunt γὲ, περ̀, κὲ, τὲ, & ſimiles.

Regulæ encliticarum.

Encliticа reijcit ſuum accentum in pręcedentem dictionem habentem accentum in antepenultima, aut circunflexum in penultima: C vt σώματός μου, σῶμά μου. Si tamen præcedant particulę, ἕνεκεν, ἕνεκα, ὕνεκα, εἵνεκα, tunc enclitica retinet accentum ſuum, ἕνεκα μου̑ *propter me*.

Si encliticam præcedat vox quæ penultimam acuat; tunc enclitica, ſi monoſyllaba eſt, ſuum accentum omnino perdit, λόγος σου, ἀπειδής τε: At ſi enclitica diſſyllaba ſit, ſuum ſeruat accentum, λόγος ἐστί.

D Si pręcedens dictio, penultimam ſolâ poſitione lõgam habeat, & vltimam breuem; tunc, ſecundum quoſdam, enclitica reijciet ſuum accentum in præcedentem, vt λάμπέ τε: ſecundum alios amittit, ſi enclitica ſit monoſyllaba, vt ἄνδρα μοι: nam retinet, ſi ſit diſſyllaba, vt ἄνδρα τίνα. At ſi enclitica incipiat à σφ, remittit in præcedentem, τόξά σφισιν ἔκλασε.

Si dictio præcedens encliticam, acuat vlti-

mam; tunc enclitica, ſeu monoſyllaba, ſeu diſſyllaba, ſuum accentum perdit, & vox antecedens ſuum grauem in acutum mutat; ἀδελφός μου, πατρός σου: vbi vides accentum, qui debebat eſſe grauis, mutari in acutum. Sin autem circunflectat, encliticæ ſuum deperdunt accentum; vt σοφῶς τι, ὁρῶ τινα. A

Quibuſdam placet, Pronomina enclitica retinere accentum, quando ponuntur cum Præpoſitionibus, aut Conjunctionibus diſjunctiuis, vt *διὰ σὲ propter te*, *κατ' μὲ ἢ σὲ ſecundum me aut te.* B

Perſona ἐστὶ periodum incipiens, aut ſubdita poſt οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο, remittit accentum in priorem ſuam ſyllabam. *ἔστι πόλις eſt ciuitas*; καὶ ἔστιν, ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἔστιν, εἰ ἔστι, τοῦτ' ἔστιν. Alibi ſequitur ſuperiores regulas. C

Si plures Encliticæ concurrant, tunc prior poſterioris accentum recipit, vt *τύπτουσι τινές με, verberant me aliqui.*

SYNTAXIS GRÆCA.

D

CAP. I.

D

Adiectiuum & ſubſtantiuum.

VT APVD Latinos. Sed interdum variant Græci, ornatus potius quàm neceſſitatis gratiâ. Etenim, Quod Latinè per adiectiuum & ſubſtantiuum dicendum eſt, Gręcè per neutrum adjectiui tam nominis quàm participij effertur: vt ἐνίκα τὴν ἀτεχνίαν τὸ προθυμον τῆς γνώμης, *ſupera-*

bat artis imperitiam prompta animi affectio : vbi τὸ πρόθυμον ponitur, pro ἡ πρόθυμος γνώμη Item τὸ χαρᾶς ὑπερβάλλον εἰς ἀλγεινὸν περιΐστασι πολλάκις, *immensum gaudium sæpius in dolorem desinit*, pro ὑπερβάλλουσα χαρά Heliod. lib. 2. A

Substantiua materiam significantia genitiuo efferuntur loco adiectiuorum, per ellipsin participij & præpositionis: vt βωμὸς λίθου *autel de pierre*, pro ἐκ λίθου πεποιημένος, vel βωμὸς λίθινος. B

Obser-uatio. *Notat D. Maximus in cap 6. cæl. Hier. Atticos participia masculina nominibus fœmininis interdum copulare : cuius rei duo exempla sunt apud Dionysium: alterum dicto cap. 6. οὐκ ἐν εἰκόσιν ἀπολυπούσι τὴν θεαρχικὴν ὁμοίωσιν, pro ἀπολυπούσαις*, non in imaginibus exprimentibus diuinam similitudinem. *Alterum cap. 3 μαρμαρυγῶν ἐφιέντων pro ἐφιεισῶν*, illustrationibus permittentibus. Sic Pindarus Olymp. ode 6. dixit πυρᾶν τελεσθέντων pro τελεσθεισῶν *bustis extructis*. Et Homerus Il. θ. v. 455. πληγέντε, de Iunone & Minerua. C

Quædam aduerbia iuncta articulo præpositiuo in omni genere, numero, & casu, pro adiectiuis ponuntur : σφόδρα *vehementer* ; ὁ σφόδρα ἄνεμος *ventus vehemens*, τοῦ σφόδρα ἀνέμου, &c.

Talia sunt ἄγαν *nimis*, πέλας & πλησίον *prope*, χθὲς *heri*, αὔριον *cras*, ἄνω *supra*, κάτω *infra*, πάνυ *valde*, cum similibus. D

Per ellipsin nominis χρῆμα, nonnunquam adiectiuum neutrum iungitur substantiuo masculino vel fœminino : vt μεταβολὴ πάντων γλυκύτατον *omnium dulcissimum mutatio*, πονηρὸν συκοφάντης *malum sycophanta*. Potest etiam exprimi nomen χρῆμα vel πρᾶγμα : ἐυζήλωτον καὶ πρόχειρον πρᾶγμα

ἡ μοχθηρία

A ἡ μοχθηρία, *malitia res est facilis, & quam prompte æmulamur.* Obseruanda est Plat. locutio 4. de Rep. οἱ ὀφθαλμοὶ κάλλιστον ὂν οὐκ ὀστρείῳ ἐναληλιμμένοι εἶεν, *Oculi pulcherrima hominis pars existentes, non minio liniendi*: ad verbum, *pulcherrimum existens*; poterat dixisse κάλλιστον ὄντες. *Obseruatio.*

Nominatiuus mutari potest in genitiuum: πατρικὸν τὸ τῆς ἐπιτιμήσεως, *paternum bonum est correctio*, pro ἐπιτίμησις, Est enim Atticorum articulos hoc modo geminare: τὸ τῆς ὀργῆς, id est, ὀργή: τὸ τῆς δαπάνης, *sumptus*: τὰ τοῦ πολέμου, *bellum*.

B

Dualem numerum & pluralem iungunt in eadem orationis serie: ταῦτα τὰ ὀνόματα ἀλλήλοις ὁμοίω, *hæc nomina inuicem similia sunt*, Aristophanes in Nebulis. Aratus, καὶ ὀψὲ βοῶντε κολοιοὶ, *& sub noctem clamantes graculi*: Et κόρακες κρώξαντε

C βαρείῃ φωνῇ, *corui crocientes graui voce*: quod Scholiastes notat fieri metri causâ, pro βοῶντες, &c.

Quod Latini dicunt per neutrum quorumdam adiectiuorum, hoc Græci per eadem adiectiua cum substantiuis conuenientia: vt *iustum est Philosophum duplicem partem accipere*, ὁ φιλόσοφος διμοιρίαν φέρεσθαι δίκαιος, Lucianus.

D

CAP. II.

Relatiuum cum antecedente.

Vt in Latinis. In hoc discrepant quod apud Græcos

Relatiuum etiam concordat in casu cum antecedēte non habitâ ratione verbi: vt βραδύνομεν ἐν τοῖς τάφοις οἷς περιφέρομεν *moramur in sepulchris quæ*

Si relatiuum ponatur inter duo nomina substantiua diuersorum generum, cum alterutro poterit consentire: τὸ ἄστρον ἣν ὀνομάζουσιν αἶγα, ἀνατέλλουσα τὰς ἀμπέλους λυμαίνεται συνεχῶς, *astrum quam vocant capram, exoriens vites sæpe lædit.* Pauſ. A

CAP. III.

Verbum personale, cum quibusdam impersonalibus. B

VERBVM perſonale finiti modi habet ante ſe nominatiuum. Qui nominatiuus aliquando mutari poteſt in genitiuum: εἰ λυπεῖ σε τὸ τῆς διαζεύξεως, ἀλλ' εὐφραινέτω τὸ τῆς ἐλπίδος, *ſi te contriſtat mors, ſed delectet ſpes*; pro ἡ διάζευξις C & ἐλπὶς, Nazianz.

Prȩterea Græci circumlocutione pluralis nominis παῖδες cum genitiuo vtuntur, vbi Latini ſolo appellatiuo: φιλοσόφων, ἰατρῶν, ῥητόρων, χαλδαίων, &c. παῖδες, δρῶσι *faciunt*, λέγουσι *dicunt*, &c. pro *Philoſophi*, *Medici*, &c.

Nomina neutra pluralis numeri gaudent verbo numeri ſingularis vel pluralis: Arrianus, D τὰ ἐναντία οὐδαμῶς συνυπάρχει, *contraria ſimul eſſe non poſſunt.* Athen. lib. 10. αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι, *ſtatim facta ſunt mortalia quæ antea ſolebant immortalia eſſe.* Homerus vtramque conſtructionem vno verſu complexus eſt, Iliad. β. ꝟ. 135. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται, *& iam ligna nauium putruerunt, & funes diſſoluti ſunt.*

A Græci miſcent aliquando dualem & pluralem numerum. Sophocles Oedip. Colon. de duabus puellis loquens, τὰ δ᾽ μολόντα ἐξήσκησαν, *hæ autem venientes exornarunt* Ibidem, ὃ τητωμέναι τὸν βίοτον διάξετον, *quo orbatæ vitam degetis.*

Quod per imperſonale *apparet* dicimus, ſignificant Græci per adiectiua, δῆλος, εὔδηλος, φανερός. δῆλος δ᾽ ἐστὶν, ὅτι τοῦ πράγματος ἀκήκοέν τι,

B *apparet eum aliquid de negotio audiuiſſe*: εὔδηλος εἶ περὶ τὴν γῆν ἔτι φερομένη, *apparet adhuc te circa terram ferri*: φανερὸς ἦν ἰδίων, *apparebat ſudans.*

Latet exprimunt verbo λανθάνω cum nominatiuo: εἴγε μὴ λελήθασιν ἡμᾶς ἀνθρωποειδεῖς τινες ὄντες θῆρες, ad verbum, *niſi fortè latent nos eſſe feræ humanâ formâ præditæ.*

Videtur, vt apud Latinos, nominatiuo gau-

C det: ἐμοὶ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι τὴν τοῦ δημιουργήσαντος ἀγνοεῖν δύναμιν, *mihi videntur tales creatoris ignorare virtutem.* Ariſtoph. Pluto, φαίνει ἥκειν ἄγγελος χρηστοῦ τινος, *videris alicuius boni nuncius venire.*

Fertur, narratur, dicitur, fabulantur, fama eſt, explicant Greci per verba, φασὶ, λέγουσι, μυθολογοῦσι, & per nomen λόγος, & tunc imperſonaliter ſumunt, vt οἶνον λέγεται τοιαῦτα ἐργάζεσθαι, *fertur*

D *vinum talia operari.* Quanquam perſonaliter etiam ponunt, πρῶτοι διαβῆναι λέγονται ναυσὶν εἰς τὴν νῆσον λίβυες, *Libyes, primi dicuntur nauibus in inſulam tranſiſſe.*

Dicunt etiam ἀστράπτει *fulgurat*, βροντᾷ *tonat*, νίφει *ningit*, & ſimilia.

Nonnulla verba more ſubſtantiuorum nominatiuum habent: ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη ἀκούει, *filius dei audit iuſtitia*; id eſt, *vocatur, dicitur*, Baſilius.

A

CAP. IIII.

Regimen verbi & adiectiui, cum nomine quod est basis & fundamentū orationis.

VERBVM inter duos nominatiuos positum, non semper conuenit cum eo, quod est basis & fundamentum orationis. Clem. 1. Strom. B
νώροπες ἔθνος ἐστὶ παιονικὸν νῦν δὲ νωρικοὶ καλοῦνται, *Noropes populus est Paeonicus, nunc Norici dicuntur.* Philo. pag. 506. ἔθνος πολυανθρωπότατόν ἐστιν ἄραβες οἷς ὄνομα παλαιὸν ἦν μαδιηναῖοι, *natio populosissima sunt Arabes, quibus antiquum nomen erat Madianitæ.* Et pag. 571. οἷς ἅπασι μισθὸς ὡρίσθησαν αἱ δεκάται, *quibus omnibus merces constitutæ sunt decimæ.* C

Similiter adiectiuum discrepare potest à substantiuo quod est orationis veluti fundamētum. Aristoteles 1. de anima cap. 4. ὁ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι: *intellectus aduenire videtur, & substantia quædam esse, & non corrumpi;* vbi οὖσα non refertur ad νοῦς quod est basis orationis, sed ad οὐσία Pausanias in Arcad 274. καὶ ὁ λόφος ἀκρόπολις ποτὲ οὖσα, *tumulus qui arx olim fuerat.* D

CAP. V.

Constructio Infinitiui εἶναι.

INFINITIVVS εἶναι pares vtrinque casus admittit. Aristoteles 9. Ethic. ὅλως τε συνθρήνους οὐ προσίεται, διὰ τὸ μηδ' αὐτὸς εἶναι θρηνητικός, *amicus*

A *lamentorum socios non admittit, quia ne ipse quidem ad lamentandum propensus est.* Plato Apol. Socrat. ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, ἃ οὐκ ἦσαν, *deprehendi illos propter Poëtices facultatem existimare se in aliis quidem rebus sapientissimos homines esse, quod non erant.* Clemens 4. Stromat. pag. 212. οὐκ ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ τέλος ἕξει ποτὲ ὁ γνωστικὸς κείμενον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ εὐδαιμονεῖν ἀεὶ καὶ
B τῷ μακαρίῳ εἶναι, βασιλικῷ τε φίλῳ θεοῦ, *qui cognitione præditus est, nunquam finem positum habebit in anima, sed in eo quod sit semper fœlix, & beatus, & regius Dei amicus.* Φημὶ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, *dico hos laude maximè dignos esse.* Non respuit tamen nominatiuum loco accusatiui: vt, ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς, pro κακούργους, *sed flagitiosos aliquos esse dicis inter illos*, Lucianus.
C

CAP. VI.

Appositio, voces copulatæ, & personarum dignitas.

Appositio, quam & substantiua con-
D tinuata vocant, vt apud Latinos: συνελέγοντο ἐπὶ ποταμὸν μαρσύαν, *conueniunt ad fluuium Marsyam:* κολοφῶνες τὸ ἄστυ εἷλον, *Ceperunt vrbem Colophônis.*

Voces copulatæ verbum in vtroque numero admittunt: Plato, εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντὶς, *subit animum illius timor & cura.* Aristoteles, σπέρμα καὶ καρπὸς διαφέρουσι *semen & fructus differunt.*

Prima persona nobilior est secundâ, & secunda tertiâ: ἐγὼ, καὶ ἡ σὴ γυνὴ, τὰς ἱκεσίας αὐτῶν οὐκ ἀπεστράφημεν, *ego & coiux tua earum preces non auersatæ sumus*, Dionysius Halicarnasseus, libro 8. A

CAP. VII.

Conceptio generum, seu regimen adiectiui inter substãtiua diuersorum generum. B

SVBSTANTIVA diuersorum generum variè ad se adiectiuum trahunt.

Masculina duo neutrum genus habent: λίθος καὶ σίδηρος διάπυρα γενόμενα μᾶλλον θερμὰ γίνεται ἄνθρακος, ψυχρὰ ὄντα φύσει, *lapis & ferrum ignita, quæ naturâ frigida sunt, magis calida sunt carbone.* Aristotel. sect. 20. probl. cap. 1. C

Duo masculina ob neutrum substantiuum non respuunt adiectiuum neutrum: vt πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁμούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, *credimus in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum eiusdem substantiæ & gloriæ*, Nazianz.

Masculinum & fœmininum, adiectiuum masculinum aut neutrum non recusant: ὁ φόβος καὶ ἐλπίδες ὑπεράνω πετόμενοι, *metus & spes suprà volantes*, Lucianus. At apud Philonem λύπη καὶ φόβος δάκνοντα τὴν ψυχὴν, *tristitia* & *metus animum mordentia*. D

Fœminina duo, adiectiuum fœmininum aut neutrum admittunt. Procop. in cap. 9 Isaïæ, θρασύτης καὶ δειλία πρὸς ἀλλήλας ἐναντίαι, *audacia & timiditas inuicem contrariæ.* Aristoteles, αἴσθησιν

A καὶ ἐπιστήμην, ἃ φαμὲν εἶναι μέτρα τῶν ὑποκειμένων, *sensum & scientiam, quæ dicimus esse mensuram subiectorum.*

Quin & hanc constructionem non refugies: τὰ ποίμνια καὶ αἱ αἶγες τερπόμεναι τῷ μέλει, *les brebis & les cheures prenant plaisir aux chant*, Long. l. 1.

B

CAP. VIII.

Synthesis & synecdoche.

SYNTHESIS etiam Græcis Oratoribus familiaris magis quàm Latinis: παρεῖναι τὸ στρατιωτικὸν ἔδει, τιμηθησομένους ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχεν, *oportebat adesse milites recepturos honores pro sua dignitate*; τὸ πλῆθος τῶν μνηστήρων ὥρμησεν, ἀποκτενοῦντες τὸν μνηστῆρα τῆς παιδὸς, *irruit multitudo occisura*
C *sponsum puellæ.*

Quæ de Synecdoche dicuntur difficultatem non habent, cum has loquendi formas Latini acceperint à Græcis. Nazianz. in suum patrem, τίς πένησιν ἢ ψυχὴν συμπαθέστερος, ἢ τὴν χεῖρα δαψιλέστερος; *quis pauperibus aut animo magis compassus est, aut manu liberalior fuit?* πτερώσκεται τὸν μηρὸν, *vulnera-*
D *tur femur.* Huc spectant καθειμένος πώγωνα *demissus barbam*, id est, *qui demissam barbam habet*: πήραν ἐξηρτημένος, *cui appensa est pera.*

Substantiua laudem vel vituperium significantia genitiuo efferuntur; ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, *vir magnæ virtutis*: licet sæpius, vt pleraque alia, accusatiuum habeant per ἔλλειψιν prępositionis κατὰ, vel alterius dictionis; vt μουσουργίαν ἄριστος, *cantandi peritißimus.*

A

CAP IX.

Interjectionum, & aliarū particularum, constructio.

Φεῦ & βαβαὶ vel παπαὶ, *hem, heu, papæ*, regunt
genitiuum: vt ἅλις, *satis*: ἕνεκα, vel χάριν, *gratiâ*:
δίκην, *instar, à guise de, à la façon de, en forme de*: B
ἄνευ, *sine*, πλὴν, *præter*: μεταξὺ, *interim dum*;
εὐθὺ, *rectâ*; πόῤῥω, *procul*: ἄπω pro ἄποθεν, *procul*:
ἔξω, *extra*: χωρὶς, *sine*: ἡράκλεις, *Hercules*. Sopho.
Philoct. dixit, τὴν σὴν ἥκω χάριν, *causâ tuâ venio*.

Ὦ in exclamatione, vel potius ὦ, interdum
nominatiuum, sæpius accusatiuum, aliquando
genitiuum habet: ὢ τοῦ ἀδικήματος, *ô iniuriam*.
Sophocles vtrumque coniunxit, ὦ δυσθέατον C
ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς, ad verbum, *ô inuisum
spectaculum, ô audaciæ acerbæ*. Nonnunquam
subticetur: vt τῆς ἀναιδείας, τύχης, *ô impudentiam,
ô fortunam*.

Οἴμοι interiectio ejulantis, cum nominatiuo
absolutè ponitur; οἴμοι κακοδαίμων, *heu ego miser*:
item cum vocatiuo: vel cum genitiuo, οἴμοι τῶν
κτημάτων, *heu possessionum*.

CAP. X.

Substantiua ad diuersa pertinentia.

Quoties duo nomina substantiua ad diuersa
pertinentia in oratione ponuntur, alterum est
genitiui casus, vt ἔργα νέων, *opera iuuenum*.

A Græci sæpe neutrum adiectiui tam nominis quàm participij ponunt pro substantiuo abstracto: Philostratus, ἐπιφαίνοντες τὸ ἀγέρωχον καὶ ἀνασκιρτητικὸς αὐτῶν, *demonstrans l'insolence & trepignement d'iceux*; pro ἀγερωχία & ἀνασκίρτησις: Basilius, Θρασυμάχου τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλει, *Trasymachi audaciam & impudentiam accusat*, vbi θρασὺ & ἰταμὸν, pro substantiuis θρασύτης & ἰταμότης, ponuntur.

B

CAP. XI.

Pronominum Syntaxis.

Græci passim vsurpant Pronomina primitiua in genitiuo casu loco possessiuorum: φίλος ἡμῶν

C *amicus noster*, pro ἡμέτερος.

Genitiui primitiui μοῦ & σοῦ, interdum actiuè sumuntur, vt, φίλος μοῦ *amicus meus*: Interdum passiuè; πρὸς βίαν ἐμοῦ, *ad violentiam mei*, seu *quæ mihi infertur*, aut *quam patior*; ἐκ ἀτιμίᾳ σοῦ, *non ad ignominiam tui*.

Genitiui etiam primitiui alios genitiuos post se non recusant: μέμνησθέ μου θανόντος *memineritis*

D *mei mortui*. ἀλλ' ἐμοὶ μοῦ οἰστέα τὰ δ' ὥσπερ ἂν ζῶ, σοῦ φονέως μεμνημένος, *sed mihi quidem hæc ferenda sunt quamdiu vixero, tui homicidæ memor*. Vtrobique Sophocl. Oedip. Col.

Possessiua pronomina non rarò passiuè sumuntur: σὸς πόθος *tuum desiderium*. Hoc Latini interdum imitantur; vt *Non feci in odio tuo, Ie n'ay pas faict cela de haine que ie vous porte*.

Etiam possessiuis genitiuus possessoris seu

agentis nonnunquam additur : *διαπεφύλαχε τὸ σὸν σῶμα τοῦ βλασφημεῖν περὶ αὐτοῦ μέλλοντος*, *seruauit tuum corpus, qui ipsi conuiciaturus eras*, Dinarchus. A

Pronomen *αὐτὸς* datiuo frequenter gaudet: *ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες*, *heu amici qui sæpius vnâ cum domino eandem cepam edistis*, Aristophanes. Potest ille datiuus in alium casum mutari: *ταὐτόν μοι ἔδοξαν ἔχειν ἁμάρτημα, ὅπερ καὶ οἱ ποιηταὶ*, *idem quod Poëtæ peccatum habere*, B pro *ταὐτὸν τοῖς ποιηταῖς*, Plato Apol. Socratis.

In datiuo pronominis *αὐτὸς* sæpe intelligitur præpositio *σὺν* : vt *τὸ δέρμα τοῖς κέρασιν αὐτοῖς ἐνέπηξαν τῇ πίτυϊ*, *ils attacherent au pin la peau auec les cornes*, Longus libro secundo. Vide Il. 1. vers. 538.

C

CAP. XII.

Partitiua & gradus comparationis.

Nomen partitiuè sumptũ genitiuum postulat: *οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ*, *plurimi hominum mali sunt.* Hanc loquendi formam crebrius vsurpant Græci quàm Latini. D

Comparatiuus regit genitiuum : *σ[illegible]ῆς δικαιότερος*, *trutinâ iustior.*

Genitiuus tamen comparatiui mutari potest in casum verbo congruentem, interpositis particulis *ἢ*, *ἤπερ* : vt *ἀρείοσιν ἤπερ ὑμῖν ἀνδράσιν ὡμίλησα*, *I'ay frequenté de plus braues gens que vous n'estes*, pro *ἀρείοσιν ὑμῶν*, vbi ponitur datiu⁹ quem exigit verbum *ὁμιλέω*. Interdum post *ἢ* additur *κατὰ*,

A πρὸς, ὅσον, ὡς: vt *μείζοσιν ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ, maiora meis viribus aggredior*, Theodoretus I. Histor.

Comparatiuus item recipit particulas μάλα: μᾶλλον, μακρῷ, πολὺ, πολὺ μᾶλλον, πολλῷ, πολλῷ μᾶλλον, ὅσῳ *quantò*, τόσῳ & τοσούτῳ *tantò*: vt, μάλα ὀλβιώτερον *longè fœlicius*, μακρῷ βέλτιον *longè melius*, πολὺ ῥᾷον *multò facilius*, πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον *mul-*
B *tò magis paratius*, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, *multò magis melius*.

Pro comparatiuo non rarò positiuus vsurpatur; καλὸν τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως, *pulchrius est non viuere, quàm viuere miserè*. καλὸν pro κάλλιον.

Superlatiuus petit genitiuum: τῶν ἐμῶν οἰκετῶν πιστότατον ἡγοῦμαί σε, καὶ κλεπτίστατον, *fidelissimum & furacissimum te meorum famulorum arbitror*, Ari-
C stophanes.

Mutatur interdum genitiuus superlatiui in alium casum, adjuncta præpositione: μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεά εἰμι, *omnium contemptissima dea sum*, pro πασῶν, Homerus.

Recipit & superlatiuus particulas, λίαν, μακρῷ, πολὺ, ὡς, ὅτι, ὅσον, ὡς δυνατὸν, ὡς οἷόν τε, ὅσῳ, τοσούτῳ, πλεῖστα, μάλιστα: vt πλεῖστα εὐδαιμονεστάτους ἡγοῦμαι, *fœli-*
D *cissimos existimo*, μάλιστα ἔχθιστος *longè inimicissimus*, ὡς τάχιστα εἰσῆλθεν *quàm celerrimè venit*.

Attici nonnunquam superlatiuo, pro comparatiuo; & contra comparatiuo, pro superlatiuo; & superlatiuo, pro positiuo vtuntur. Apollo. I. *Argo.* ὡς ἔχετο κλαίουσ' ἀδινώτερον, sic tenebat plorans vehementius; *vbi Scholiastes monet poni comparatiuum loco positiui.* Iliad. δ. ψ. 277. μελάντερον ἠΰτε πίσσα. *id est*, κατὰ τὴν πίσσαν, *noir comme poix*. Et Iliad. *Obseruatio.*

π. ψ. 90. ἀτιμότερον pro ἄτιμον ponitur. Euſtat. A
vtrobiq;. *Superlatiui pro comparatiuo inſigne exemplum eſt Odyſſ. λ. verſ.* 481. σεῖο δ' Ἀχιλλεῦ οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, te autem, Achille, nemo homo antea felicior.

CAP. XIII.

B

Nomina quæ genitiuum regunt.

Genitiuum regunt nomina, quæ copiam aut inopiam, ſeu plenitudinem & vacuitatem ſignificant. Item participationis & contrarij, ſcientiæ & ignorationis, contemptus, pretij & emptionis, dignitatis, diuerſitatis, accuſationis, verbalia per α priuatiuum facta, verbalia in ικός. C

Vt, κοινωνὸς κλοπῆς *ſocius furti*, ἄπειρος μουσικῆς *imperitus muſicæ*, ἄξιος ἐπαίνου *laude dignus*, ἡ ὕλη ἑτέρα τοῦ θεοῦ τυγχάνει *materia diuerſa eſt à deo*, κατεχτικὸς λόγων *retinens ſermonum*, ἄκληρος πατρώων *patrimonij expers.*

Item deficiente particula ἕνεκα multa genitiuum habent: ἄθλιος τῆς τύχης *miſer infortunij*, D cauſâ ſcilicet.

Et ea quæ ſpeciem aduerbiorum quantitatis habent: εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας *ad tantum inſaniæ veniſti*: δῆμον πρὸς τὸ ἔσχατον δέους ἤγαγεν *populum ad extremum periculi adduxit.* At quando adiectiuè ponuntur, ſequuntur regulam capitis 1. Vt τοσαύτην μανίαν, ἔσχατον δέος.

Numeralia ordinis habent genitiuum, ὁ δεύτερος

A *δεύτερος nulli secundus.*

Materia in genitiuo ponitur, adhibita vel ſubaudita præpoſitione. Ælianus, ἄγαλμα ἐκ λίθου, *ſtatua ex lapide.* Et iterum λίθου πεποιημένην τὴν ἀλήθειαν περιφέρειν, *veritatis ſtatuam ex lapide factam circumferre.*

Pars etiam genitiuo effertur; vt ἔπιον οἴνου *bibi vinum*, ſubintellecta nimirum præpoſitione
B ἐκ vel ἀπὸ, Euſtath. ad verſ.30. Iliad. α. Sic Gallicè dicimus *boire du vin, boire de l'eau* : λαβὼν ποδὸς *accipiens pede.* Ariſtophanes dixit, ἀπεστράφη, τὴν ῥῖνα ἐπιλαβοῦσα, *auertit ſe naſum apprehendens.* Dicitur etiam πιεῖν ὕδωρ *aquam bibere*, & ſimilia, quia tunc præpoſitio non ſubauditur.

C
CAP. XIIII.

Nomina quæ cum datiuo ponuntur.

Datiuum poſtulant adiectiua quę commodum vel incommodum, vicinitatem, æqualitatem, ſimilitudinem; & contraria, ſignificant : vt & quę facilitatem, difficultatem, proprietatem &
D communionem : adhęc pleraque ex præpoſitionibus σὺν & ὁμοῦ compoſita. Vt, ἀνόνητος δεσπότῃ *inutilis domino,* ἐμοὶ χρήσιμος *vtilis mihi,* περίχωρος κελταῖς *vicinus Gallis,* ἴσος θεῷ *æqualis deo,* εὐνούχῳ προσεοικὼς *ſimilis eunucho,* ἀπεμφερὴς πατρὶ *diſsimilis patri,* οἰκεῖον ἀνθρώπῳ *proprium homini,* τοῦτο καὶ παισὶν εὐμαρὲς *hoc vel pueris facile,* ἐργώδης νωθροῖς ἀρετὴ *virtus eſt difficilis pigris,* συμπαθὴς ἀτυχίαις φίλων *qui porte compaſsion aux infortunes de ſes amis,* ὁμέστιος τοῖς αὐτοῦ

ἀδελφοῖς, *contubernalis.* Plura petantur ex Billio A
& Calligraphia.

Plurima verbalia datiuo gaudent ad verborum suorum imitationem: ἀκολουθικὸς πάθεσι, *qui paßiones sequitur.*

Instrumentum, causa, modus, excessus, in datiuo ponuntur: Vt, καθίκετο αὐτοῦ τῇ ῥάβδῳ, *tetigit eum baculo.* φαιδρῷ προσώπῳ καὶ μειδιῶντι ἀφορᾷν, *regarder auec vne chere gaye & riante,* στατῆρσι δ' οἱ B
θεράποντες ἀρτιάζομεν χρυσοῖς, *stateribus aureis nos serui par impar ludimus.* μείζων ἐμοῦ τῇ κεφαλῇ, *altior est me capite.* ἀνανδρείᾳ γὰρ καὶ ὑπὸ δειλίας φυγεῖν τῆς μάχης, καὶ οὐ διὰ κακίαν οὐδεμίαν ἐδόξαζεν αὐτὸν, *ignauiâ enim & ex metu fugisse è prælio, & non propter vllam malitiam opinatus est eum* : vbi & *causa* per præpositiones explicatur. Quo modo instrumentum, præpositiones σὺν & ἐν etiam admittit: vt καθικόμενος C
ἐν τῇ ῥάβδῳ *percutiens virga*, Lucian.

CAP. XV.

Quæstiones loci.

IN localibus aduerbijs, θι significat in loco; D
θεν, è loco; δε, ad locum; vt ἀγρόθι *in agro*, ἀγρόθεν *ex agro*, ἀγρόνδε *in agrum.* Tamen quandoque pro δε, capitur σε eliso ν, vt ἀγρόσε, οὐρανόσε, pro ἀγρόνδε, οὐρανόνδε.

A pluralibus secundæ declinationis simplicium, formantur aduerbia localia in ησι, ηθεν, αζε: vt Θήβησι, *dans Thebes*, Θήβηθεν *de Thebes*, Θήβαζε *à Thebes.*

A Aduerbia per locum, ferè terminationem datiui ſingularis habent; vnde quidam diphthongo impropria terminari aſſerunt, alij negant: vt πῆ, ᾗ, & ὅπῃ; *qua?* quibus reſpondetur, ταύτῃ, vel τῇδε *hac*, ἐκείνῃ *illac*, ἑτέρᾳ *aliâ viâ* (in quibus ſubintelligi videtur datiuus ὁδῷ) πάντῃ & παντακῇ *omni ex parte*, ἀλλαχῇ *alia ex parte*, ἑκασταχῇ *qualibet ex parte*.

B Cæterum aduerbia localia ποῖ & ποῦ, non modo ſignificant *vbi*, ſed etiam *quò*? Itidemque οἷ & οὗ, ὅποι & ὅπου. Sic ἐνθάδε & ἐνταῦθα, *hic* & *huc*: ἐκεῖ, *illic* & *illuc*: ἀλλαχοῦ, *alibi* & *aliò*: πανταχοῦ, *omnibus in locis*, & *in omnes locos*.

Ad quæſtionem factam per *vbi*, reſpondetur Græcè in datiuo caſu cum præpoſitione ἐν. Quædam locorum propria aduerbialiter po-

C nuntur, vt ſupra.

Ad quæſtionem factam per *quò*, redditur accuſatiuus cum præpoſitione εἰς vel ἐς. Quæ à Poëtis negligetur, ſi verſus ita exigat.

Quæſtio *vnde* genitiuum poſcit cum præpoſitione ἐκ vel ἐξ. Vel aduerbia admittit, ἀθήνηθεν *Athenis*, οἴκοθεν *domo*, ἀγρόθεν *ex agro*.

Quæſtio *quâ* genitiuum admittit media præ-

D poſitione διά.

CAP. XVI.

Tempus vt Græcè conſtruatur.

Aduerbia temporis cum interrogatione, πότε, πηνίκα, & ὁπηνίκα; *quando*? quibus redduntur, τότε, τηνίκα, τηνικαῦτα, & τηνικάδε, *tunc*.

Si per *quando* interrogatio fiat, genitiuus adhibendus est, ἡμέρας καὶ νυκτὸς μελετᾷν, *die ac nocte meditari*: quod ἐλλειπτικῶς dici monet Eustathius ad ψ. 523. Il. ε. pro ἐν καιρῷ νυκτὸς, aut ἐπὶ νυκτὸς. Vel datiuus, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ *eadem die*; vbi videtur deesse præposito ἐν quam exprimere solet Thucydides, ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι *eadem hyeme*. Adhibetur etiam accusatiuus subintellecta præpositione κατὰ: vt ἧκε τὴν ὥραν ἐπὶ τὸ δεῖπνον *venit tempori ad cœnam*. Interdum adiectiuum absolutè ponitur; ἦλθε τειταῖος, ἑωθινὸς, ἑσπερινὸς, χθιζὸς, *venit tertiâ die, manè, vespere, heri*. A B

Si per *quandiu* rogamur, accusatiuo vtendum erit, vel datiuo, vel genitiuo. Admittitur & præpositio ἐπὶ cum accusatiuo: vel διὰ cum genitiuo, διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσι *iam triginta annos inhabitant*: vel παρὰ cum accusatiuo, vt πεινάσας παρ᾽ ὅλην τὴν ἡμέραν *cum esuriisset tota die*. Aut ponitur adjectiuum, εὕδει παννύχιος *tota nocte dormit*, πανημέριος ἔδραμε *tota die cucurrit*. C

CAP. XVII.

Mensura.

Spatium loci accusatiuo gaudet: ἀπέχει στάδια ἑκατὸν, *centum stadiis abest* Vel in datiuo ponitur, Τιθορέα δὲ ἀπολέρω Δελφῶν ὀγδοήκοντα ὡς εἰκάσαι σταδίοις ἐστὶ, *Tithorea, quantum coniicere est, distat Delphis stadiis octoginta*, Pauſ. Phoc. Effertur etiam per genitiuum subintellecto accusatiuo: Aristoteles, φασὶν εὑρεθῆναι νῆσον ἀπέχουσαν πλειόνων ἡμερῶν, *repertam insulam dicunt multorum dierum distantem*; scilicet D

ὁδὸν

A ὁδὸν, vt addidit Pausanias, *λιλαία ἡμέρας ὁδὸν ἀπέχει
Δελφῶν, Lilæa distat Delphis iter vnius diei.*

Adiectiuis quibus generalis dimensio significatur non vtuntur Greci, sed eorum nominibus abstractis in nominatiuo, genitiuo, datiuo, & accusatiuo, tacitâ vel expressâ præpositione, vt patet ex sequentibus exemplis. Herodotus lib.
4. *τούτου τοῦ πελάγεος τὸ στόμα ἐστὶν εὖρος τέσσαρες στάδιοι,*
B *μῆκος δὲ τοῦ στόματος ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστιν.
L'embouchEure de ceste mer a quatre stades en largeur, & en longueur enuiron six vingt stades.* Et ibidem *ἡ προποντὶς ἐοῦσα μὲν εὖρος σταδίων πεντακοσίων, μῆκος δὲ τετρακοσίων καὶ χιλίων. καταδιδοῖ ἐς τὸν ἑλλήσποντον, ἐόντα στεινότητι μὲν ἑπτὰ σταδίους, μῆκος δὲ τετρακοσίους: Propontis est latitudinis stadiorum quingentorum, longitudinis mille & quadringentorum: influit in Hellespontum*
C *angustum septem stadys, longum quadringentis.* Dionisius lib. 3. *εὔριπος βάθος τε καὶ πλάτος δεκάπους, Euripus profunditate & latitudine decempedalis.* Strabo lib. 13. *πάχος τοῦ τείχους ποδῶν δύο καὶ τριάκοντα, ὕψος δὲ τῶν μεσοπυργίων πήχεις πεντήκοντα. craßities muri pedum triginta duorum, altitudo spaty quod est inter duas turres, cubitorum quinquaginta.*

Quanquam vsurpant etiam in nominati-
D uo adiectiuum quo spatium designatur. Idem Strabo ibidem, *ποταμὸς σταδιαῖος τὸ πλάτος, fluuius latitudinis stady vnius.*

CAP. XVIII.

Ablatiui absoluti.

Ablatiui absoluti, Græcè efferuntur per genitiuum: *ἐμοῦ θανόντος, me mortuo.*

M

Interdum per accusatiuum: ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν A
τινὰ οὖσαν, pro χώρας οὔσης, *quasi ei aliquo loco non existente.* Sed ille accusatiuus fermè cum ὡς & ὥσπερ ponitur; vt ὡς τὸ ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, *quasi viro illud facturo*; ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα, *quasi illo existente*; ὡς μᾶλλον ἀκολουθήσουσαν τὴν σοφίαν, *quasi magis secuturâ sapientiâ*; ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως γενέσθαι, *quasi aliter fieri non posset*; B
ὥσπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον αὐτοῖς, *quasi hoc illis imperatum fuisset*, vt pluribus probat Budæus. Est autem hoc receptissimum in participiis impersonalium, δέον *cùm deceat*, *cùm sit decorum*, δεῆσον *cùm oportuerit*, ἐξὸν *cùm sit permissum*, ἐνὸν, *cùm liceat*, προσῆκον *cùm deceat*, παρὸν *cùm adsit facultas*, ἐνδεχόμενον *cùm fieri possit*: vt ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, *cùm ipsi permissum esset facere*; ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, *tanquam nihil eius intersit*; δόξαν ἐμοὶ γράψαι. *Vbi mihi* C
statutum esset scribere; ἄδηλον ὄν, *cùm sit incertum*; δέον φεύγειν, ἔμεινεν, *cùm debuisset fugere, permansit*; παρὸν γῆμαι ἄλλῳ, *cùm facultas esset alteri nubendi*; ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν. *quasi statim oportuerit consequi*; ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, *quasi decuerit ipsos magnificè sentire*; ἐπὸν vel ἐπελθὸν ἐμοί, *cùm venisset mihi in mentem*, &c. Quæ omnia sunt accusa- D
tiui casus, pro genitiuis ἐξόντος, δεόντος, &c. Possuntque efferri genitiuo absoluto; vt ὥστε οὔτε δήλου ὄντος ἀγαθοῦ, *Vt neque manifesto existente bono*: ὡς ἐπιβουλευομένης τῆς Ἑλλάδος, *Vt insidiis appetendâ Græciâ*.

Quandoque Participium solum adhibent: ἐλθόντων δὲ, *essent venus*, *vbi venissent*, intelligendo casum rei conuenientis, vt ἀνδρῶν, vel quid simile.

A Nominatiuis abſolutis Latini carent, qui tamen apud Græcos interdum reperiuntur. Lucianus, ὁ δὲ τάφος καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι ἁλικαρνασσεῦσι μὲν εἶεν ἐπιδείκνυσθαι, *ſepulchrum autem, & pretioſos illos lapides liceat oſtentare Halicarnaſſeis*; pro τὸν δὲ τάφον, &c. Ælianus 12. variæ hiſt capit. 19. οἱ τομίαι βόες Δημόκριτος λέγει λεπτὰ καὶ μακρὰ φύεται τὰ κέρατα αὐτοῖς, τοῖς δὲ ἐνόρχοις παχέα, B *Democritus ait bobus caſtratis oriri cornua exilia & longa, alijs verò craſſa*; pro τοῖς τομίαις βουσί. Etymologus in βακχεύω ait, ὁ γὰρ ἔχων λύπην, καὶ εἰς μέθην ἐμπίπτων, ἀφίησιν αὐτὸν ἡ λύπη, *habens enim triſtitiam, & in ebrietatem incidens, dimittit ipſum triſtitia*: recta oratio fuiſſet, τὸν γὰρ ἔχοντα λύπην, &c. ἀφίησιν ἡ λύπη. Et in voce χαλκὸς ſcribit, ὕστερον δὲ εὑρεθεὶς ὁ σίδηρος ἐκλήθησαν αὐτὸν ὁμωνύμως τῷ χαλκῷ, C *poſtea autem inuentum ferrum eodem nomine illud vocauerunt quo æs*; pro εὑρεθέντα σίδηρον Athenæus l. 3. c. 24. πᾶσαν δὲ ἐκλογὴν ἐπεὶ τὰ νῦν διὰ μνήμης οὐ κρατεῖς, αὐτὸς ἐγὼ διεξελεύσομαι, *integer locus, quando tu illum nunc memoriâ non tenes, plane recitabo.*

CAP. XIX.

D

Verba quæ genitiuo gaudent.

Genitiuum regunt verba ſenſuum, curæ, neglectus, deſiderij ſeu appetitus, tangendi, apprehendendi, abſtinendi, dimittendi, incipiendi & deſinendi, aſſequendi, & aberrandi ab eo quod conſequi volumus, communicandi & priuandi, prohibendi, copię, indigentię, implendi,

vacuandi, liberandi, participandi, fruendi, A
emendi, vendendi, dominandi, dolendi, discrepandi, excellendi, superandi, admirandi. Vt, γεύεσθαι ἄρτου *gustare panem*, ὄζειν μύρου *olere vnguentum*, οὐδεὶς αὐτῶν ἐπιστρέφεται *nullus ipsorum curam gerit*, ὀρέγεσθαι τῶν ἀλλοτρίων *appetere aliena*, ἅπτεσθαι χειρὸς *tangere manum*, ἀπέχεσθαι οἴνου *abstinere vino*, κατάρχειν τῶν ἱερῶν *sacra incipere*, εὐπορεῖν χρημάτων *abundare pecunia*: ἐμφορηθῆναι κρεῶν *impleri carnibus*, B
καταφρονεῖν χρυσοῦ *despicere aurum*; item θαυμάζω & ἄγαμαι cum genitiuo significant *approbo*: dicitur etiam θαυμάζω τὸν ἄνδρα τῆς ἐπιστήμης cum accusatiuo personę & genit. rei, *miror hominem scientiæ*, quod Latini dicunt, *miror hominis scientiam*. Vbi subaudienda est particula χάριν vel ἕνεκα, ex Eust. ad ỷ. 366. Iliad. γ. His iungendum est verbum εἰμὶ *sum*: οἰκίας μεγάλης ἦν. Plat. Men. *Il estoit de* C
grande maison.

Verba tamen videndi accusatiuum postulant, vt ὁρῶ, βλέπω, ὄπτομαι, &c. Attici quoque verbis sensuum interdum accusatiuum non negāt: αἰσθάνεσθαι τὰ παρόντα *sentire præsentia.*

Verbis memorię & obliuionis tribuitur genitiuus vel accusatiuus, vt μεμνῆσθαι τῶν πεπραγμένων vel πεπραγμένα, *meminisse rerum gestarum*, aut D
res gestas.

Accusandi & condemnandi verba cum similibus, regunt accusatiuum personæ & genitiuum rei. Interdum ordine contrario accusatiuus personæ mutatur in genitiuum, & genitiuus rej in accusatiuum: vt, κατηγορῶ σου τὴν ἀμαθίαν, vel σε τῆς ἀμαθίας, *accuso te inscitiæ*, vel *inscitiam tuam.* Genitiuus item criminis in

A participium eleganter vertitur, ἑάλω ἀσεβείας, ἑάλω ἀσεβῶν: ἑάλω κλοπῆς, ἑάλω κλέπτων, *impietatis, furti, conuictus est.*

Pro genitiuis *pluris* & *nihili* Græci circunloquutionem adhibent: vt τὸ ζῆν περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ καλῶς ἀποθανεῖν, *pluris facientes vitam quàm præclaram mortem*; περὶ ἐλαχίστου ποιεῖσθαι τοὺς γένει προέχοντας, *pro nihilo habere eos qui genere priores sunt:* B παρ' οὐδὲν τίθεσθαι *nihili facere.*

Pretium genitiuo effertur: πόσου διδάσκει; πέντε μνῶν, *quanti docet? quinque minis*, Plato.

Multa regũt genitiuum beneficio prępositionum: ἀπωθεῖν οἴκου, *domo pellere.* Quæ interdum repetuntur, vt ἐκ τῆς πόλεως ἐξίτω *exeat ex Vrbe.*

C

CAP. XX.

Verba quæ cum datiuo ponuntur.

Datiuum habent verba dandi, adimendi, attribuendi, commodandi, & incommodandi, promittendi, minandi, irascendi, ignoscendi, credendi, diffidendi, obsequendi, repugnandi, pugnandi, appropinquandi, sequendi, seruien-D di, adorandi, supplicandi, placendi, displicendi. Vt, ἀφεῖλέ μοι τὴν ἐσθῆτα *abstulit mihi vestem,* ἀνατίθημι τῷ φίλῳ τὴν αἰτίαν τοῦ πλούτου *attribuo amico causam diuitiarum*, κίχρημι τὰς χεῖρας τῷ πνεύματι *commodo manus, ie preste la main*, χρησιμεύει τῇ πόλει *vtilis est ciuitati*, ἐμποδίζειν σώματι *impedimento esse corpori*, ad verbum, *incommodare.*

Multa præterea vi prępositionum vt, ἐμμένειν εἰρήνῃ *permanere in pace.*

CAP. XXI.

Verba quæ accusatiuum postulant.

Plurima actionem significantia accusatiuum habent: vt βλάπτω, &c.

Verbo sæpe suum verbale additur: λόγον B
λέγειν. ὕβριν ὑβρίζειν. Quod quidem verbale interdum effertur datiuo, χαρᾷ χαίρειν.

Verbum ἔχω iunctum aduerbijs, admittit casum conuenientem verbis vnde aduerbia descendunt. Nazianz. in S. Pascha, εἰ τῆς ζωῆς ἐπιθυμητικῶς ἔχεις, id est ἐπιθυμεῖς, *si vitam desideras.* Ælianus 12. variæ historiæ cap. 23. εἶχεν αἰσθητικῶς
ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου pro ᾐσθάνετο, *il sentoit qu'il* C
deuoit se mettre en cholere. Arrianus 3. Epict. cap. 12. ἐκκλιτικῶς ἔχω πόνου, id est ἐκκλίνω, *abhorreo à labore.* At ibidem dicitur ἑτεροκλινῶς ἔχω πρὸς ἡδονὴν, *sum ad voluptatem propensior,* quia ἑτεροκλίνω præpositionem admitteret. Hanc formam curent frequenter vsurpare diligentiores, vt & sequentem.

Verbum ἄγω media præpositione admittit D
verbale in casu qui præpositioni congruit. Paus. ἐν τιμῇ ἄγουσι τὴν ἀθηνᾶν *honorant Palladem.* Synesius, ἐμὲ διὰ τιμῆς ἄγεις *honoras me.* Nazian. δι' αἰδοῦς ἄγουσιν αὐτὸν *ipsum venerantur,* pro τιμῶσι, αἰδοῦνται. Nos dicimus, *auoir en reuerence la Deesse Pallas, &c.*

Duplicem accusatiuum habent, κρύπτω *celo, abscondo,* διδάσκω *doceo,* ἀπαιτῶ *postulo,* ἐκλέγω *exigo,*

A ὑπομιμνήσκω *recordari facio*, δράω & ἐργάζομαι & ποιέω *facio*, ἀφαιρέομαι, *aufero*, *priuo*, ἔπω *dico*, ἀποστερέω, *priuo*, *spolio*, διατίθημι *compono*: Item verba *exuendi*. Vt Euripides Hecuba, δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ, *vous ne me faictes aucun bien, ains du pis que vous pouuez*. Ibidem, ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ἤδε γ' εἴργασται κακὸν, *hæc nullo ipsum malo affecit*. Isæus, κακῶς ποιεῖν ἡμᾶς ἠβουλήθη τοὺς μηδὲν αὐτὸν ἠδι-

B κηκότας, *malè nos multare voluit, qui ipsum nulla in re læseramus*, Thucyd. lib. 8. τοὺς ἄλλους ἀφελόμενοι ναῦν, *alios naue spoliantes*. Aristophanes Nub. μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς, *non conuicieris viris industriis*. Isocrates ἀποστερεῖ με τὰ χρήματα, *priuat me pecunijs*. Nazianz. τοῖς αὐτόν τι διατεθεικόσι κακὸν, ἐσπείσατο, *cum ijs à quibus malè affectus est fœdus init*. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, *exuerunt eum*

C *chlamyde*.

Potest autem accusatiuus rei in genitiuum transire: vt τῶν ὄντων αὐτὸν ἀφῃρεῖτο, *bonis eum priuabat*: ὁ πόλεμος ἁπάντων ἡμᾶς ἀπεστέρηκε, *bellum nos omnibus priuauit*.

D

CAP. XXII.

Constructio verbi paßiui.

VERBVM passiuum genitiuum regit cum præpositione, ὑπὸ, παρὰ, πρὸς, ἐκ, ἀπὸ, διὰ. Euripides Medea, οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι, *neque enim, ô amicæ, tolerabile est ab inimicis irrideri*. Heliodorus lib. 2. τὴν νῆσον ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐχομένην

ὁρῶσιν, *vident insulam ab igne occupatam.* App. pag. 70. τιτρωσκόμενος δι' ἐκείνων *ab illis vulneratus.* Plat. 3. de Rep. ὑπὸ Χείρωνι τεθραμμένος *à Chirone nutritus.* Il. ν. ϒ. 98. ὑπὸ Τρωσὶ δαμῆναι, *à Troianis occidi.* A

Verbis neutris, & aliis quibusdã, passiuã constructionẽ dant: vt ἀπόλλυμι *pereo,* ἀποθνήσκω *interficior,* πίπτω *occidor,* φεύγω *accusor;* ὑπὸ δέους ἀπολωλέναι *mourir de peur,* φεύγει φόνε ὑπὸ τούτε, *ab illo cædis accusatur.* ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἀποθανόντες, *ab elephantis occisi.* B

Verbum passiuum sæpe datiuum admittit: ἐμοὶ ἢ τούτων οὐδέτερα πεποίηται, *neutrum illorum à me factum est;* ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος, *nous auons tiré iusques à la derniere fleche.*

Quæ in actiua voce duplicem accusatiuum habent, ea accusatiuum personæ in nominatiuum mutant, & accusatiuum rei retinent: διδάσκει αὐτὸν τὴν ποίησιν: αὐτὸς τὴν ποίησιν διδάσκεται. C

Insuper quę datiuum personę & accusatiuum rei habent, in passiua voce mutant datiuum personę in nominatiuum, & alium accusatiuum retinent. Vt ἐμοὶ ὀφθαλμὸν ἐξέκοψε, *mihi excußit oculum:* ὁ ὀφθαλμὸν ἐξεκόπην ἐγώ, *ego excussus sum oculum;* quod Latinè dicetur, *excussus est mihi oculus:* συνεχωρήθη τὴν ἐκδημίαν, *concessa est ei peregrinatio;* ad verbum, *concessus est peregrinationem.* D

CAP. XXIII.

Constructiones modorum.

Obseruatio. *Quoniam peruia vnicuique est Latinorum modorum constructio, Græcorum verò minimè, de ea hîc aliquid dicere vtile erit, vt faciliùs locutiones Latinas reddant*

A *adolescentes, & Græcis vocabulis non Latinam sed Græcam structuram apponant. Igitur*

Přęsens & imperfectum verbi Latini, reddéda sunt per pręsens & imperfectum verbi Græci.

Vel per pręsens & imperfectũ Participiorum & verba substantiua, εἰμὶ, ὑπάρχω, τυγχάνω, γίνομαι, & interdũ διατελέω, vt εἰμὶ τρέχων *curro*, ἐτυγχάνομεν τρέχοντες *currebamus*. Æschines, κλέπται τῶν δημοσίων
B χρημάτων ὄντες ἐξελεγχόμενοι, *estans conuaincus larrons des deniers publics*: Vel per Participij perfectum & verbi substantiui imperfectum, Plat. Menex. δεδουλωμένη ἦν ἀρχὴ, *Imperium subiugatum erat*: Æsch. οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, *mortui erant in bello*.

Supradicta verba substantiuis nominibus iunguntur cum participio ὢν, non autem cum
C alijs participijs: vt ὑπάρχω ὢν φίλος, *sum existens amicus*: non autem dices ὑπάρχω ὢν φιλῶν *sum existens amans*.

Illa verò circunlocutio familiaris Gręcis, non tantum locum habet in præsenti & imperfecto indicatiui, sed etiam in aliis modis: vt γένου προσέχων τοῖς λεγομένοις, *sis attendens ijs quæ dicuntur*, pro πρόσεχε: Item ἤκουσεν ὅτι βασιλεύων εἴη, id est,
D βασιλεύοι, *audiuit quod regnaret*.

Verbum ἔχω interdum redundat: vt ληρεῖς ἔχων, φλυαρεῖς ἔχων, μαθὼν ἔχω *didici*, συλλαβὼν ἔχω *comprehendi*.

Multa verba sunt, que terminatione præteriti temporis, præsentis significationem habent: πεπίστευκα *credo*, ἐσπούδακα *seriò ago*, νενόμικα *puto*, ὑπείληφα, *existimo*, πεφόβημαι *timeo*, ἀφέωνται *remittuntur*. Sic δέδια *timeo*, ὄδωδα *oleo*, εἴωθα

ſoleo, ἔοικα, *ſimilis ſum*, σέσηρα *hiante ore ſum*, μέμηνα A
inſanio, πέφρικα *horreo*.

Prętericum perfectum Latinorum efferunt Græci perfecto & vtroque Aoriſto.

Ahibent etiam circumlocutionem per præteritum participij & verba ſubſtantiua: vt ὑπάρχω πεποιηκὼς, vel ποιήσας, *feci*. Verbum ἔχω illis adjungendum; Sophocles τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει, *hunc honore, illum ignominiâ affecit*; B Xenophon 1. ἀναβάσεως ait, ἡρπακότες ἔχομεν *rapuimus*. Budæus pag. 398. commentarij iungit verbum φθάνω, vt ἔφθη καταχωλυθεὶς *impeditus eſt*.

Item quod Latini dicunt per pręteritum & pronomen *qui, quæ, quod*; Græci per participia præteriti temporis dicunt: τίς ἐμὲ πατάξας; *quis me percuſsit?* τίς ὁ ταράξας; *quis turbauit?*

Futurũ Latinũ vtroq; futuro Gręco exprimitur. Sed Gręci item circumlocutioné adhibent C per participia & futurum verbi εἰμὶ: vt καὶ ὀλίγους δὴ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα, *etſi paucis perſuaſerimus, multum tamen lucrabimur*, Iuſtinus.

Coniunctiones ſequẽtes indicatiuo gaudent: *ſi, an*, εἰ: *ſi non*, εἰ μή: *vtinam*, εἴθε: *poſtquam, ex quo, vbi primum, quoniam, quãdoquidem*, ἐπεὶ, ἐπειδή: *alioqui*, ἐπεὶ: *quod*, ὅτι: *quandiu, donec, quouſque*, D *iuſques à ce que*, ἕως: *poſtquam, ſimulatque, quod, quandoquidem*, ὡς: *ita vt, adeo vt, itaque*, ὥστε: *quomodo, quo pacto* (citra interrogationem) *vt*, ὅπως. ſic dicemus ὅπως γὰρ ἥκομεν, *car comme nous fuſmes venus, vt enim venimus*. Ariſtophanes in Pace, ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος, *à ce que vous euſsiez ſemblé plus admirable*, ou *plus tragiquement habillé*, Atticiſmus eſt pro ὡς ἂν φανείης.

A

Imperatiuus.

Vt apud Latinos. Varietas temporum apud Græcos eſt tantùm ad ornatum.

Imperatiuus verbi ἔχω iunctus Participiis, vim imperatiui habet: τὰ τῶν θεῶν ἔντιμα, ἀτιμάσασ' ἔχε, *quæ apud Deos in honore ſunt, contemptui habe,* Sophocles Antigone.

B Admittit circumlocutionem: μῦθος εἰρημένος ἔστω, *ſermo dictus ſit*, pro εἰρήσθω, Iliad. θ.

Optatiuus apud Atticos ſæpiſſimè pro Imperatiuo ponitur; Æſchylus, λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, *dic quàm celerrimè*: Heliodorus, ἀκούοις ἄν, *audi.*

Iungitur interdum cum nominatiuo: οὗτος ὁ πυθαγορικὸς ἀνάστηθι, vt Virgilius dixit, *proijce tela ſanguis meus.* Hoc loquendi genus frequens eſt

C apud Gręcos, qui articulo nominatiui pro vocatiuo ſæpiſſimè vtuntur.

Cætera in verbo τύπτω dicta ſunt.

Optatiuus.

Omnia tempora Optatiui etiam per circumloquutionem efferri poſſunt. Xenoph. ὁρῶν τί τὸ κωλῦον εἴη, *videns quid impediret.* ὅτι λελοιπὼς εἴη

D *quod reliquiſſet.* Lucianus, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς *quod communicaſſet.* Heliod. lib. 1. ὅτι μονονουχὶ καταθάψας εἴη, *quod ferè ſepeliſſet.*

Ἂν cum imperfecto & Aoriſtis Indicatiui reſoluitur per Optatiuum latinum. Demoſth. in Aphob. οὐδὲν ἂν ἔδει τῶν δικῶν, ἀπέχρη γὰρ ἄν, *nihil opus eſſet lite; ſufficeret enim.* Euripides Medea οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν, *neque allocuta eſſem, neque tetigiſſem manibus.*

Obſerua particulam ἂν ſumi *potentialiter*, hoc A
eſt, ſignificare poteſtatem aliquam, reſoluique
per verbum *poſſum*, tumque iungi cum omnibus temporibus indicatiui, optatiui, & ſubjunctiui, licet latinè omnes illę locutiones reddantur per optatiuum & ſubjunctiuum. Vt, χρησιμώτατοι ἂν ἐτύγχανον, *vtiliſſimi eſſent*, vel *eſſe poſſent*. τί ἂν λέγοιμεν *quid diceremus*, vel *dicere poſſemus*. ὁποῖος ἂν ᾖ, *qualiſcunque ſit*, vel *eſſe poſſit*. B

Coniunctiones quæ Optatiuo gaudent, ſunt *vt, à ce que, à fin que*, ὅπως, ἵνα, ὡς: *ne* μὴ: *quomodo, quonam pacto*, ὅπως vel ὅπως ἂν, & ὡς ἂν, vt *quomodo, quonam pacto gratificetur*, ὅπως ἂν χαρίσαιτο: *quando*, ὅτε: *quouſque, donec*, ἕως: *quod*, ὡς, ὅτι: *ſi non, niſi*, εἰ μὴ: *ſi* ἐὰν, εἰ: *etſi. etiamſi*, κἂν, κἂν εἰ: *quando, quandoquidem, puiſque, lors que*, ὁπόταν: *vtinam*, εἴθε: *vt non, ne non*, ὅπως μὴ, ὡς μὴ: *priuſquam, antequam*, vbi de præterito ſermo eſt, πρὶν ἂν. Denique Græci lubenter vtuntur Optatiuis poſt ὅτι, ὥσπερ, ὅς, ὅσος, ὅτε, & eorum caſus: licet Latinè per indicatiuum debeant reddi. C

Subiunctiuus.

Futurum ſubjunctiui Latini, eleganter redditur Gręcè per participij perfectum, & futurum D
indicatiui verbi εἰμὶ: διασεσωκὼς ἔσῃ, *ſeruaueris*. Xenophon, Ἀθηναίοις κεχαρισμένος ἔσῃ, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους τετιμωρημένος, *Athenienſibus gratificatus fueris, Lacedæmonios verò vltus*.

Coniunctiones quæ amant Subjunctiuum hę ſunt: *ne*, μὴ: *neque*, μήτε: *vt, afin que, à ce que* ὅπως: *ſi, licet, etiamſi*, ἐὰν: *vt*, ὡς, ἵνα: *poſtquam, quum*, ἐπειδὰν: *ſi* εἰ: *quamuis, etiamſi*, κἂν: *donec*,

A *Vsque dum, tantisper dum, quoad, quamdiu*, ἕως: *fieri nequit ut*, & similia, οὐκ ἔσθ' ὅπως ποιήσω *impoßibile est ut faciam*: *priusquam*, πρὶν ἄν, vel πρίν: *quando, quum*, ὅταν.

Præterea, quod Latinè per Subjunctiuum effertur, Græcè indicatiuo enuntiatur. *Vt, afin que, à ce que*, vbi de præterito sermo est, ἵνα, quod gaudet imperfecto, perfecto, & vtroq; Aoristo
B indicatiui; ἵνα ἀπηλλάγμεθα, *vt liberati essemus*. *Vt non, ne*, vbi de præterito agitur, μή: poniturque cum perfecto & Aoristis indicatiui; ὅρα μή, παίζων ἔλεγε, *vide ne ludo dixerit*. *Vt*, vel *ea lege vt, à la charge que*: ἐφ' ᾧ ποιήσουσι, *eâ lege vt faciant*. *Vtinam* ὤφελον, vel ὄφελον: ἃ μή ποτ' ὤφελον συμβῆναι, *quæ vtinam nunquam contigissent*; ὄφελον ἀνείχεσθέ μου, *vtinam sustineretis me*.

C

CAP. XXIV.

Infinitiui constructio, vbi de gerundijs & verbalibus in έον.

D Præsens infinitiui Latini per præsens infinitiui Græci redditur, & per vtrumq; Aoristum.

Perfectum infinitiui Latini, per vtrumque Aoristum & perfectū infinitiui Græci, effertur. Vbi etiam locus est circunlocutioni per præteritum Participiorum, & verbum substātiuum, κινδυνεύει ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ πεπαυμένος εἶναι κρίσει, *Videtur oratio nostra in sexto quieuisse iudicio*. Plat. Phil. τί ποτε λέγωμεν πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι; *quid dicamus nos decepisse*. Idem 2. de Leg. φήσομεν ἀκηκοότας

εἶναι, *dicemus audiuisse*. *Idem Pol.* A

Verbum ἔχω iunctum cum Aoristis participiorum, significationem perfecti infinitiui habet. Sophocles, τοιαῦτα φασὶ τὸν ἀγαθὸν κρέοντά σοι, Κἀμοὶ (λέγω γὰρ κἀμὲ) κηρύξαντ' ἔχειν, *talia enim bonum illum Creontem tibi, & mihi præconio edixisse ferunt*: pro κεκηρυχέναι. Huic respondet infinitiuus Gallicus *auoir*.

Futurum Latinum, Futuro Græco reddēdum. B Item per Aorista participiorum & particulam ἂν: vt, εἰμὶ τῶν ἡδέως ἂν ἐλεγξάντων, pro ἐλεγξόντων, *sum de numero eorum qui libenter reprehensuri sunt*: πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν, pro ὑποστησόμενος, *omnia dicere sustinebit*. Quod & futuro (licet rarius) efferri potest; ἄριστα ἂν πράξειν, *optime facturos*: vel Aoristo; ἀναλῶσαι ἄν, pro ἀναλώσειν, *insumpturum*: aut præsenti infinitiui; τί ποιεῖν ἂν οἴεσθε, *quid facturum putatis*. C

Verbum μέλλω iunctum alijs temporibus infinitiui, reddit futurum tempus: μέλλω τρέπειν, *versurus sum*: μέλλω τρέψειν, *versurus sum*.

Pronomen *se* omittitur: ἔφη ποιήσειν *dixit facturum*, quod Latini interdum imitantur.

Participia pro infinitiui temporibus sępe ponūtur: μέμνησθε δεδεμένα, *meministis ligatum*: ἀποφανῶ D μόνον ἀγαθῶν ἁπάντων ὄντα αἰτίαν ἐμὲ, *ostendam me esse bonorum omnium causam*, Aristophanes.

Particvlæ quæ cum infinitiuo iunguntur notandæ sunt, quia à Latina consuetudine longè abhorrent. Sunt igitur, *antequam, priusquam*, πρινὴ, vel πρὶν ἢ, vel πρὶν. *Vt*, ὥστε, ὡς: *Vt*, id est, *pour, à charge que, afin que, à ce que* ἐφ' ᾧ vel ἐφ' ᾧτε, exempli gratiâ, *pour nauiger*, ἐφ' ᾧτε πλεῦσαι,

A & ἀφίημί σε ἐφ' ὧτε μὴ πράττειν τοιαῦτα, *dimitto te ea lege vt talia non facias*: *vt*, pro *vbi*, *außi tost que, incontinent que*, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ὡς, verbi causâ, ὡς ἀκοῦσαι, *vt*, vel *vbi audiuit*: *quantum & quatenus*, vt ὅσον ἐμὲ γινώσκειν, *quantum possum cognoscere*; *quominus*, μὴ, Æschyl. εἶρξε πόλιν μὴ ἀνατραπῆναι, *prohibuit quominus euerteretur ciuitas*.

Etiam præpositiones adhærent infinitiuo.
B Polyb lib. 12 διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι καρποῖς, *pour n'vser pas des fruicts*, ou *par ce qu'ils n'vsent pas des fruicts*. παίζουσιν ἐπὶ τῷ ἄρξασθαι τοῦ ἐρᾶν, *ils s'esbatent pour enfourner*. σεμνυνόμενος ἐπὶ τῷ ἀκηκοέναι, *se glorifiant d'auoir oüy*, ou *pour auoir oüy*. οὐ γέγραπται κομῶν ὑπὸ τοῦ περικεκαῦσθαι, *il n'est peint auec sa belle cheueleure, d'autant qu'il est ars & bruslé*.

GERVNDIIS Græci carent, sed illorum
C loco infinitiui temporibus vtuntur.

Gerundia in DI Græcè reddes cum aliquo nomine: vt ὥρα τοῦ πορεύεσθαί ἐστι, *tempus est abeundi*.

Item subintellectâ, vel expressâ particulâ, χάριν, vel ἕνεκα. Appianus pag. 69. κελεύει ἑστάναι τοῦ πλείονα τὴν ὄψιν ἐμποιεῖν τοῖς πολεμίοις, *iußit eos stare apparendi causâ*, vel *vt maior numerus appareret hostibus*. Heliodorus, τοῦ μὴ ἐπιδιωχθῆναι ἕνεκεν,
D *à ce qu'ils ne fussent poursuiuis*.

Gerundia in DO efferuntur, vel cum prępositione, vt ἐν τῷ φιλεῖν *en aymant, amando*. Vel sine prępositione; τῷ γὰρ καθίστασθαι τὴν ψυχὴν φρόνιμόν τι γίνεται, *quod anima sedetur prudens aliquid fit*, Aristoteles 7. Phys. cap. 3. Poterat dici ἐν τῷ eodem sensu, & ad verbum, *consistendo enim animam*, siue *dum consistit*, vel *sedatur anima*.

Interdum vsurpant Græci participij pręsens

pro gerundio in *do* Latinorum : *κλέπλων τοὺς βλέποντας ὑπερνικόνλισεν, furando omnes videntes superauit.* A

Ponunt etiam adiectiuum : ἦλθε δρομαῖος *venit currendo.*

Gerundium in DVM potest sic enuntiari Græcè : *πρὸς τὸ φιλεῖν ad amandum* : *ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὴν αἰτίαν, ad sciendum causam* : *διὰ τὸ ἔχειν*, & *ἐπὶ τῷ ἔχειν, pour auoir.* Item *ἅμα λέγων, inter dicendum*, vel *dum hæc diceret* : vel *ἅμα ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, dum hæc loqueretur, inter loquendum*; vel *ἅμα τῷ λέγειν.* Μεταξὺ etiam sic construitur. *ἀφιᾶσι μεταξὺ πετομένους, dimittunt pullos inter volandum. ὃν μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, quem inter cœnandum, vel dum cœnaret, occidisti* : Et *ἃ δὴ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ, γελᾶν προήχθην, comme il disoit cela ie m'aduancé de rire.* Item *ἥδονται καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, inter audiendum*, aut *dum audiunt* : vbi vides participij casum pendere à casu præcedente. B C

Obseruatio. *Gerundia in dum passiuè sumpta, non tantum per infinitiuos passiuos, sed & per neutros redduntur. Homerus Iliad. χ. vers.* 305. *ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι*, sed magnum aliquid faciens & quod à posteris audiatur, *vel* ad audiendum à posteris, *ἀκουσθῆναι*. *Aristot. 3. Phys. c. 4. tex. 34. τὸ ἄπειρον ἕνα μὲν τρόπον λέγεται τὸ ἀδύνατον διελθεῖν, τῷ μὴ πεφυκέναι διϊέναι*, infinitum vno quidem modo dicitur, quod impossibile est pertransiri, quia habile non est vt pertranseatur, *vel* ad transeundum, *à estre parcouru & passé, περαιωθῆναι*. D

VERBALIA in *έον* his modis construuntur. Vel enim indeclinabilia sunt, tumque regunt casus suorum verborũ : vt *μνημονευτέον θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀναπνευστέον, sæpius de deo cogitandum est, quam respirandum.*

A *randum*. Nazianz. Vel adiectiuorum more declinantur, & conueniunt in genere, numero, & casu, cum substantiuis : vt γραπτέα ἐπιστολὴ, *scribenda est Epistola*. Interdum additur verbum substantiuum, vt sermo plenus sit : ἰατέος ἐστὶ πυρετὸς, *sananda est febris*; ὡς οὐκ ἀποστατέον εἴη τοῦ πολέμου, *quod à bello deficiendum non esset* Aliquando participium neutrius generis pro infinitiuo
B ponitur : ἐπειδὴ ἔγνω μενετέον ὂν, pro εἶναι, *vbi cognouit manendum esse* : Adhibetur etiam εἶναι. Plat. 1. de Republ. ἔοικε μενετέον εἶναι, *videtur manendum esse.*

Hîc Attici plurali in εα pro singulari in εον vtuntur: vt οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις, κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα, *sic auxiliandum est ijs qui moderantur imperium, & non mulieri vllo modo suc-*
C *cumbendum*, Sophocl. Antig. vide pag. 27. B.

CAP. XXV.

Aliud regimen Infinitiui.

INFINITIVVS, vt apud Latinos, habet ante se accusatiuum, & post se casum sui verbi. *Regula* 1.
D

Accusatiuus vulgò præcedens infinitiuum, mutari potest in alium casum superiori verbo aut nomini congruentem. Pausanias Phocic. 525. 25. ἀντὶ δὲ τούτου τοῦ ἔργου Ῥωμαῖοι δεδώκασιν αὐτοῖς ἐλευθέρους ὄντας ἀτελῆ νέμεσθαι τὴν χώραν, *ob id opus concesserunt eis Romani vt liberi hanc regionem à tributis immunem colerent* In qua oratione, datiuus αὐτοῖς pendet à verbo δεδώκασι, & accusatiuus ἐλευθέρους *Appendix.*

regitur ab infinitiuo νέμεσθαι. Poterat tamen hic A
accusatiuus datiuo efferri, vt nimirum à superiori datiuo traheretur. Sic apud Appianum in Hispanicis pag. 272. δίδωμι δ' ὑμῖν τὰ ὅπλα καταθεῖσιν ἀπαθέσιν ἀπιέναι, *permitto vt arma deponentes impunè abeatis*: duo posteriores datiui à priore trahuntur, & sic Infinitiuus nullum ante se casum habet: Poterāt tamen in accusatiuos mutari. Nominis exempla habes apud Aristotelem 1. Phis. B
c. 7. tex 6. οὐ γὰρ ταὐτὸν ἀνθρώπῳ, καὶ τῷ ἀμούσῳ εἶναι, *hominis & musicæ ignari essentia diuersa est*: dicendum erat ἄνθρωπον: sed quia ταὐτὸν datiuum postulat, trahit post se nomina sequentia. Et 2. de anima c. 7. t. 47. ἔστι δ' ἕτερον τροφῇ καὶ αὐξητικῷ εἶναι, *diuersa est alimenti ratio prout nutrit & auget*, ad verbum; *est autem aliud cibo, aliud augmentatiuo esse*, quam loquēdi formam Latina consuetudo C
non admittit. Poterant illi datiui in accusatiuos mutari: sed quia ἕτερον etiam datiuum regit, habita est ratio non infinitiui, sed nominis. Huc referēdus est locus Plat. Min. οὐδὲν διαφέρει χρυσὸς χρυσοῦ, καθ' ὅσον γε τὸ χρυσὸς εἶναι, *nihil differt aurum ab auro, quatenus aurum est*.

Regula 2. Quædam nomina cum infinitiuo iunguntur, γῆ διακεκριμένως ἀρίστη καὶ φυτεῦσαι, καὶ σπείρειν, καὶ ἀνεῖναι D
νομαῖς, *terra absque dubio optima, & ad pascua, & ad serendum, & ad plantādum*, Pausanias. Aristophanes, κίνδυνος ἐπιτετρῖφθαι τὸ παράπαν, *il y a danger d'estre totalement ruinés*. Sic ἕτοιμος *paratus*, &c.

Reg. 3. Quoties duo verba in oratione ponuntur, alterum est infinitiui modi.

Except. 1. Reperiuntur quędam verba, quę post se non requirūt infinitiuum, sed participium in nomi-

A natiuo casu. Ea verò sunt *ἴσημι scio, γινώσκω cogno-*
sco. εἴδω scio, μανθάνω disco, ἀγνοέω ignoro, συνίημι
intelligo, ὁρῶ video, αἰσθάνομαι sentio, δείκνυμι ostendo,
φάσκω & φημὶ dico, ἀγαπάω contentus sum, λανθάνω
lateo, παύομαι cesso, μέμνημαι memini, φθάνω præuenio,
ἀρνοῦμαι nego, φέρω fero, tolero, λαμβάνω capio, χαίρω
gaudeo, & similia, vt apparet sequentibus exem-
plis, quę licet memorię mandanda non sint, di-
B ligenter tamen notanda, vt crebrò & venustè
vsurpentur. Nazian. *ὡς ἂν εἰδείης μὴ πάντη φίλῳ ἀτό-*
πῳ χρώμενος, pro *χρῆσθαι*, *vt scias te habere amicum*
nõ omnino præposterũ Porro ille nominatiuus de-
bet referri ad eandem personam: aliter in a-
lium casum mutandus est, vt in hoc insigni loco
Pausan. Messan. p. 133. n. 5. *τῇ δ' ἐπιούσῃ τότε ἀπόρ-*
ῥητον ἔγνωσαν σφῶν τοὺς Λακεδαιμονίους πεπυσμένους, καὶ αὐτοὶ
C *ὕστερον ὑπὸ τοῦ Ἀριστοκράτους προδεδομένοι, sequenti die*
cognouerunt Lacedæmonios audisse secreta sua & se
iterum proditos ab Aristocrate. Lucianus, *ἔγνω*
κατὰ τοῦ φίλου μάτην παρωξυμμένος, cognouit se frustra irri-
tatum contra amicum. Appianus casum mutauit
p. 387 *γινώσκων ἑαυτῷ ζητουμένῳ καὶ διωκομένῳ, sachant*
qu'il estoit cherché & poursuiui. Heliodorus, *ἴσθι*
τεταγμένος ἀχθῆναι δέσμιος, scito iussum vt captiuus
D *adducereris.* Idem, *οὗτοι ἔμαθον προδεδομένοι, didice-*
runt se esse proditos. Basilius, *ἀγνοεῖς πλείονα προσθή-*
κην τῆς ἁμαρτίας ποιούμενος, ignoras te maiorem accessio-
nem peccatis facere. Euripides Medea, *καὶ νῦν ὁρῶ*
μὲ ἐξαμαρτάνων, & nunc video me errare. Ibidem,
ταῦτ' ἐννοηθεῖσ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν πολλὴν ἔχουσα, καὶ μάτην
θυμουμένη: hæc animo versans sensi inconsultum pectus
me habere, & frustra iratam esse. Basilius casum
mutauit, *αἰσθόμενος ἑαυτοῦ ἱκανῶς γυμνασθέντος, se sentant*

asseZ exercé. Nazianz. Orat. 38. ἵνα δείξῃ καὶ φύσιν A
ξένην ὑποστήσασθαι δυνατὸς ὤν, *vt ostenderet potens esse
producere externam naturam.* Lucianus, ἔφασκε δὲ
καὶ αὐτὸς ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπ᾽ ἐκείνων σεσωσμένος, *dice-
bat se per illos ex magnis periculis liberatum.* Pelus.
lib. 3. οὐκ ἀγαπᾷς μετὰ φωκίωνος ἀποθανούμενος, *n'es tu pas
content de mourir auec Phocion?* Euripides Oreste,
ἀρνῇ κατακτάς, *negas te occidisse.* Nazianzenus
Apol. 1. οὐκ ἤνεγκα τυραννούμενος καὶ εἰς μέσους τοὺς θορύβους B
ὠθούμενος, *non tuli me imperiosè cogi atque in medios
tumultus trudi.* Dinarchus, ἐξεληλεγμένος δῶρα κατὰ τῆς
πόλεως εἰληφώς, *conuaincu d'auoir pris de l'argent contre
la ville.* Idem, ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ χρήματα λαμβάνων
εἴληπται, *il a esté attrappé sur le faict prenant de l'ar-
gent.* Plato, εἴ τις χαίρει ψέγων, *si quelqu'vn le plaist
à reprendre.* Pro λανθάνω & φθάνω vide inuestiga-
tionem thematis, & cap. 3. Syntaxeos. παύομαι C
& μέμνημαι passim occurrunt.

Preterea, si post duo verba quorum alterum
Except. est infinitiui modi, debeat sequi aliud verbum
2. in infinitiuo, ille infinitiuus posterior mutabi-
tur in participij casum præcedenti infinitiuo
congruentem; quod notare iuuat, quia Latini
carent eiusmodi locutionibus, quæ tamen cre-
bræ sunt apud Græcos. Halicar. lib. 8. ἔχομεν D
αὐταῖς μαρτυρεῖν συνεχῶς τε παραγινομέναις πρὸς ἡμᾶς, καὶ
παραμυθουμέναις τὰς συμφορὰς ἡμῶν, καὶ συναλγούσαις *possu-
mus enim hoc illis testimonium reddere, quod ad nos
crebrò venerint, & solatæ sint calamitates nostras,
& nobis condoluerint.* Tria enim illa participia
pro infinitiuis posita sunt; & datiui illi depen-
dent à verbo μαρτυρεῖν. Sic autem poterat di-
cere, ἔχομεν μαρτυρεῖν αὐταῖς παραγίνεσθαι, &c. Appia.

A in Mithridat. pag. 210. μιτίπειθε τὸν μιθριδάτην ὑπεριδεῖν ῥωμαίων παροδευόντων τε καὶ στρατοπεδευόντων ὅπῃ θελήσειαν *persuasit sineret Romanos transire & castrametari vbi vellent*, pro παροδεύειν.

Si in constructione duorum verborum, quorum alterum debet esse infinitiui modi, reperiantur duo accusatiui, Græcè alter accusatiuus mutabitur in nominatiuum, & infinitiuus εἶναι B in indicatiuum media coniunctione ὅτι, hoc modo, αἰσθήσεσθε τούτους ὅτι βίαιοί εἰσί. Si Latinam Syntaxim obseruemus; dicendum erit, αἰσθήσεσθε τούτους βιαίους εἶναι, *sentietis illos esse violentos*: nec enim dicemus, *sentietis illos quod sint violenti*. & tamen Græci dicunt γνώσετε τὸν ἡσίοδον ὅτι σοφὸς ἦν, *cognostetis Hesiodum quòd sapiens erat*. *Except.* 3.

Participium præeunte particula ὡς, effertur C interdum in genitiuo pro futuro indicatiui vel infinitiui: vt ὡς ἐμοῦ γε ἀγωνιουμένου οὕτω γίνωσκε, *ita tibi persuade, quod ego decertabo*, vel *me decertaturum esse*, ou, *faictes vostre conte que ie*, &c. οὕτως ἔχε τὴν γνώμην ὡς ἐμοῦ γε μηδέποτε ἀμελήσοντος, *sic tibi persuade me nunquam neglecturum*, vel *quod nunquam negligam*. διασπείρας τὸν λόγον ὡς μεταπεμπομένων, *semant vn bruit comme ils auoient esté appellés*. Reperitur & D cum nominatiuo, στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, *l'armée faisoit son conte d'auoir ja totalement gaigné*. *Regula.*

Vsurpantur & participia non rarò pro nominibus apud Arrianũ l. 2. Epict. c. 1 τὸ συγχεόμενον significat *perturbationem*, & ἀπονενοημένον *desperationem*. Heliodor. pag. 342. στυγνὸς καὶ ἐσμυγμένον ὑποβλέψαι, *toruè & ardenter intueri*. Vide cap. 1. & 10. Syntaxeos.

DIALECTI.

Obſer- *Hic Dialectos aggredimur, quas idiomatum va-*
uatio. *rietas, & Poëſeos cùm licentia, tum etiam neceſſitas peperit. Ne verò multitudine, iuuenum animi obruantur, aut ſine iudicio, quidlibet miſceant; eas tantùm* B *notauimus quæ Poëtis Epicis familiares ſunt, & quas ipſi paſſim vſurpare poterũt. Cæteras Italico charactere ſeparatim edi curauimus vt eas nec ignorent, nec frequentent. Exemplis proferendis ferè ſuperſedimus, quia lectio plurima ſuppeditabit. Eas porro ſolùm dictiones notauimus, in quibus eſt aliqua Dialectus: quæ deſunt ex ſuperioribus petenda ſunt. Ne verò eaſdem voces iterare ſæpius onerosũm eſſet, primam tantum literam* C *Dialecti appoſuimus, I. Ionicè, D. Doricè, Æ. Æolicè, B. Bœoticè, P. Poëticè, A. Atticè.*

ARTICVLI.

Præpoſitiuus ὁ, ἡ, τὸ ſumitur interdum loco poſtpoſitiui: interdum pro demonſtratiuis pronominibus οὗτος, & αὐτός. Genitiuus τεῦ & τέω ſignificat aliquando τίνος; *cujus?* τευ ſine accentu, τεῦ, vel τευ ſine accentu, pro τινὸς *alicuius*. Dati- D uus τεῷ, pro τῷ, & τῳ ſine accentu pro τινὶ *alicui*. Nominatiuus pluralis τοὶ & ταὶ P. pro οἱ & αἱ. Genitiuus τέων pro τῶν: at τάων eſt fœminini generis. Compoſitum ὅδε in datiuo plurali τοῖσδε recipit has adjectiones τοῖσδεσι vel τοῖσδεσιν, & P. τοῖσδεσσι vel τοῖσδεσσιν.

Poſtpoſitiuus ὅς, ἥ, ὅ, ponitur apud Poëtas, & interdum apud Oratores, pro interrogatiuo

A τίς; *quis?* Et infinito τὶς, *aliquis*. Itém loco pronominum οὗτος, αὐτὸς, ἐκεῖνος. Nominatiui masculinum ὅς reijcit σ, & dicitur ὁ pro ὅς. Sic composita ὅσπερ pro ὅσπερ: & ὅτις pro ὅστις, ὅτινα pro ὅντινα, ὅτινας pro οὕστινας, & ὅτινα in plurali pro ἅτινα, *quæ*. Genitiuus P. ὅου, pro οὗ. At compositi ὅστις, Genitiuus singularis ὅτευ A. ὅττεο I. & ὅττεο P. Datiuus ᾧτινι, & ὅτῳ A. ὁτέῳ, vel ὅτεῳ accentu

B in prima Atticorum more, I. Genitiuus pluralis ὧντινων, ὅτων A. ὁτέων vel ὅτεων accentu similiter in prima, I. Datiuus οἷστισι, ὅτοις A. ὁτέοισι, & ὅτοισι, ὡς τετέοισι. Eust. ad ψ. 491. Iliad. ο. I. Sic pro fœminino αἷστισι dicitur I. ὁτέῃσι.

Pręter hęc, articulus vterque sortitur Dialectos tertię simpliciũ, & nominum in ω secundæ.

NOMINA

C PRIMÆ declinationis simplicium in ας in numero singulari per η flectuntur I. Genitiuus Ionicus in εω (quod εω in quantitate vnam vel duas syllabas efficit, si versus id exigat) accentu in penultima, si nominatiuus acuat vltimam, ποιητὴς, ποιητέω: alias in antepenultima, αἰνείας, αἰνείεω, & αἰνείω reiecto ε. Eust. ad ψ. 47. Iliad. δ. Item in αο per α longum Æ. Accusatiuus dis-

D soluitur in εα abjecto ν, αἰνεία I. Vocatiuus in τα sępe pro nominatiuo capitur à Poëtis, vt ἱππότα pro ἱππότης. Genit. pluralis I. in εων per vnam aut duas syllabas: Æ. in αων per α longum. Datiuus in ης I. Omnibus datiuis pluralibus in ς desinentibus additur ι, cum hoc discrimine: Si datiuus ille ante additionem ι, circũflectatur, circumflectetur etiam additione facta; secus, retrahetur accentus in antepenultimam: vt τοῖς

ποιητῆς, λόγοις, hinc ποιητῆσι, λόγοισι. Accusatiuus A
Pluralis in εας I. *Doricè nomina in ης per α in omnibus casibus & numeris efferuntur. Genitiuus singularis in ου Æ. in ω I. Genitiuus pluralis in ᾶν D.*

SECVNDÆ declinationis nomina in α purum & in ρα, Poëtę & Iônes inflectunt per η in numero singulari. Genitiuus & datiuus plurales vt in prima declinatione. Obserua Poëtas multa huius delinationis nomina augere adie- B
ctione φι vel φιν, & talia indeclinabilia esse. Circunflectunt verò penultimam si veniant ab acutitonis, vt *εὐνὴ cubile*, εὐνῆφι: alioquin accentus est in antepenultima, *βία vis*, βίηφι. In hac etiam declinatione formantur P. quidam casus velut à nominibus quintæ declinationis: vt δίκι pro δίκῃ, ἰῶκα pro ἰωκὴν, &c. At κρὶ pro κριθὴ *bordeum* per Apocopen dici quidam putant. *Dores* C
nomina in η declinant vbique per α.

TERTIÆ declinationis nomina in ρος communiter interdum accipiuntur à Poëtis, ὁ ἱρὸς ἱερὸς *sacer*, λάβρος *vehemens*. Genitiuus singularis οιο I. accentu circunflexo si genitiuus communis circunflectitur, θεοῦ, θεοῖο: vel proparoxytono, si acuitur, λόγου, λόγοιο. Genitiuus dualis οῦιν I. Datiuus pluralis οισι. Accusatiuus D. in D
ος pro ους interdum vsurpatur, λαγὸς pro λαγούς. Hîc etiam Poëtæ multis nominibus adiungunt φι vel φιν abiectis prius ν & σ finalibus, accentu in penultima: σπαλὸς, σπαλόφι: δάκρυον, δακρυόφι. Adhæc nonnullos formant casus tanquam à quinta declinatione: vt λιτὶ pro λιτῷ, κλαδὶ pro κλάδῳ, δάκτυλι pro δακτύλῳ lib. 2. Anthologiæ, λῖτα pro λιτὸν: μηλάτων & μήλασι, ὀνείρασι, à μῆλον,

A ὄνειρος. Eust. ad verſ. 212. Iliad. η. Sed ἕει, λῖφι, πρόφι, pro ἕειον, λῖφιτον, πρόφιμον. Item κάρη pro κάρηνον. At λιπ' ἐλαίῳ pro λιπαρῶς, vel ἐκλεγῶς dici vult Etymolog. Deniq; Poëtæ dicunt προσώπατα, & προσώπασι, quaſi à πρόσωπας. Euſtat. ibidem. *Genitiuus ſingularis ω D. Accuſatiuus pluralis in ως vel ος D.*

QVARTÆ declinationis, Genitiuus ſingu-
B laris ωο, & contra οω.

IN QVINTA declinatione, Poëtæ interdum vtuntur additione φι vel φιν. Accuſatiuus ſingularis nominum in ευ, quorum genitiu⁹ eſt in ος purum, exit in α P. vt βότρυα pro βότρυν. At παῖς, παῖν *puerum*; & δαῖν *bellum*, cuius datiuus δαΐ. Genitiuus dualis οῖιν P. Datiuus pluralis (quod etiam de nominibus contractis, & de partici-
C pijs intellige) fit à nominatiuo plurali addito ι, P. vt λέοντες, τύπτοντες, τοῖς λεόντεσι, τυπτόντεσι: in neutris prius mutatur α in ε, poſt quod additur σι: vt σώματα, τύπτοντα, τοῖς σωμάτεσι, τυπτόντεσι. Porro geminatur σ, ſi verſus id exigat, λεόντεσσι, &c. γραῦς *anus* I. per η inflectitur γρηῦς, & ſolutione γρηῦς, γρηός, &c. Quædam huius declinationis nomina ſyncopen patiuntur, habent-
D que caſus ſimiles nominibus tertiæ declinationis, vt ἱδρῷ pro ἱδρῶτι vel ἱδρῶτα, à nominatiuo ἱδρώς. *Æolicè pro datiuis pluralibus accipiuntur datiui ſingulares tertiæ ſimplicium* χερσίτοις pro χέρσι.

PRIMA declinatio contractorum, habet genitiuum ſingularem in ευ D. Hîc ſemel obſeruandum Dores ε per ευ efferre vbique: quam formam & alij Poëtæ non aſpernantur, Genitiuus pluralis Synizeſin apud Poëtas admittit;

sic vt τυχίων dissyllabum in versu possit esse. A Quod ad secundam & tertiam declinationes extendi debet, vt προφάσιων trissyllabum est lib. 1. Anthol. & βασιλείων lib. 3. Contractio in εις tollit ι in accusatiuo Poëtico, vt ἐπιτηδεῖς pro ἐπιτηδεῖς.

SECVNDA declinatio P. per η inflectitur: vt πόλις, πόληος, πόληϊ, & ita deinceps. Genitiuus singularis D. in ιος. Datiuus singularis quando B producit vltimam fit ex contractione πόλιϊ, πόλι: quando vero corripit fit per apocopen vltimæ vocalis.

TERTIA declinatio P. & I. flectitur per η: vt ὁ βασιλεὺς, βασιλῆος, βασιλῆϊ, βασιλῆα: & ita consequenter. Genitiuus singularis P. in εος, νομέος (D. in ιος) νομεῖ, & sic in reliquis casibus & numeris, Accusatiuus singularis in ῆ circum- C flexum, vt βασιλῆ. Eust. ad vers. 384. Iliad. Λ. Datiuus pluralis in ἐσι P.

QVINTA declinatio interserit P. α longum, κρέαος, τεράος.

PRONOMINA.

PRIMÆ personæ ἐγὼ, ἐγὼν, D. Genitiuus ἐμεῖο, ἐμέο, & ἐμοῖο, & ἑοῖο tertia persona pro prima, I. ἐμεῦ vel μεῦ, D. ἐμέθεν Æ. Dualis D nominatiuus & accusatiuus νῶϊ. Genitiuus & Datiuus νῶϊν. Item accusatiuus ἄμε D. qui sæpius pro accusatiuo plurali capitur. Nominatiuus pluralis ἡμέες I. ἄμμες Æ. Genitiuus I. ἡμέων, qui dissyllabus esse potest: ἡμείων P. Datiuus ἄμμι vel ἄμμιν Æ. ἧμιν A. Accusatiuus ἡμέας per synizesin P. *At sequentibus casibus vteris cùm apud Homerum & similes authores occurrent, nominatiua*

A *ſcilicet* ἐγώνη *&* ἐγώνγα *D.* ἐγὼν *Æ.* ἰώγα' *vel* ἰώνγα *B.*
Genitiuo ἐμέοθεν *&* ἐμεόθεν. *Datiuo* ἐμὶν *D Nominatiuo plurali* ἅμες *D Genitiuo* ἁμῶν *&* ἁμέων *D.*
ἄμμων *&* ἀμμέων *Æ. Datiuo* ἁμὶν vel ἁμῶν *D. Accuſatiuo* ἁμᾶς *D* ἄμμας *Æ.*

Secvndæ perſonę σὺ, Doricè τιώη primâ longâ. Genitiuus σέθεν & σεῖο P. at σέο vel σοῖο I.
σεῦ & τεῦ D Datiuus τοὶ & τεὶν D. Nominatiuus
B & accuſatiuus dualis ὔμμε Æ. qui ſimul & pro accuſatiuo plurali ſumitur. Genitiuus & Dat. σφῶϊ vel σφῶϊν pro ὑμῶν. Iliad. δ. v. 286. Nominatiuus pluralis ὔμες I. & ὔμμες Æ Genitiuus ὑμείων P. & ὑμέων I. per Synizeſin. Datiuus pluralis ὔμμι vel ὔμμιν, & interdum ὑμὶν vltima breui, Æ. Accuſatiuus Ionicus ὑμέας per ſynizeſin: & ὔμμας Æ. *Iam vero frequentabis quando reperies,*
C *Nominatiuum* τὺ *&* τύγα D. *Genitiuum* σέοθεν *vel* σεόθεν D. *Datiuum* τὶν D. *Accuſatiuum* τὲ *&* τὺ *D. vt & nominatiuum pluralem* ὔμμες *Æ. &* ὔμμων *genitiuum item Æ.*

Tertiæ perſonæ, Genitiuus ἕο, εἷο vel ἑοῖο, P. & I. ἕυ D. & ἕθεν Æ. Datiuus ἕοι P. Accuſatiuus ἓε P. & Doricè μὶν & νὶν, quæ ſunt omnis generis & numeri, nec tantum ſignificant *ſe*. ſed
D etiam, *ipſum, ipſam, ipſum; ipſos, ipſas, ipſa.* Nominatiuus σφεὶ, σφὲ, σφωὲ, & σφὼ, P. Genitiuus Poëticus σφὶν, σφὶ, & φὶν ex Sylburgio ad pag. 702. Etymologici, quæ pariter accipiuntur pro datiuo plurali numeri. Nominatiuus pluralis σφέες I. Genitiuus σφέων I. σφείων P. Accuſatiuus σφέας I. Notat Euſt. ad v. 204. Iliad. κ. Homerum vti libenter pronomine tertiæ perſonæ per diſſolutionem: vt ἑῷ αὐτοῦ θυμῷ: pro ἑαυτοῦ.

Cùm legeris vsurpabis, Genitiuum singularem ἕοθεν A
vel ἑόθεν, *item nominatiuum pluralem* σφὲς *D. &*
Accusatiuum ψὲ *D.*

POSSESSIVA σὸς, σὴ, σὸν, *tuus, tua, tuum*:
P. τεὸς, τεὰ, τεὸν. Sic ὃς, ἣ, ὃν, *suus, sua, suum*: P.
ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν: σφεὸς aut σφὸς. Item ἡμέτερος *noster*, ἡμε-
τέρα, ἡμέτερον: P. ἡμὸς, ἡμὴ, ἡμὸν, vel ἁμὸς per α
longum. Iliad. γ. vers. 96. Eodem modo, ὑμέ-
τερος *vester*, ὑμετέρα, ὑμέτερον: P. ὑμὸς, ὑμὴ, ὑμὸν, B
per υ longum. σφέτερος P. *vester*.

VERBA BARYTONA.

Verbum actiuum.

Poëtis liberum est in omnibus temporibus
augeri solitis, vel adhibere crementum, vel C
omittere.

Quinetiam ijdem Poëtæ in imperfecto &
vtroque Aoristo post ε augmentum, modo re-
petunt primam consonantem præsentis vt pro-
ducatur; ἔττυπτον, ἔδδεισεν, ἔλλαχον. Modò ante
illud ε collocant eandem primam consonantem
thematis; τέτυπτον, τέτυψα, τέτυπον.

Insuper, abjecto cremento, numerum singu- D
larem, primam & tertiam pluralẽ horum trium
temporum inflectunt hoc modo, σκον, σκες, σκε,
σκομεν, σκον: vt τύπτεσκον, τύψασκον, τύπεσκον, &c. In
verbis autem circũflexis & in μι, terminatio in
σκε locum habet in 1. & 3. imperfecti & Aorist.
2. tollendo subiunctiuam; ἐφίλει, φίλεσκε: aut
mutando longam in breuem, ἐτίθη, τίθεσκε, quæ
tamen retinetur interdum longa, vnde ἀνίησκε

A ab ἀνίημι. Aoristi 2. exemplum est δόσκον *dedi*, Iliad. ι. ψ. 331. & δόσκε *dedit*, ψ. 382. Porrò Bœotismus de quo dictum pag. 58. D. vsurpatur à Poëtis.

Literam ρ Poëtæ vel præfigunt ante ε, vt ῥέριπτον; vel simplicem ponunt ἔριπτον: vel absque augmento ῥίπτον.

B Perfecti & plusquamperfecti tam actiuæ quàm mediæ vocis numerum singularem Iones efferunt per εα, εας, εε: vt τετύφεα, τετύφεας, τετύφεε: & ἐτετύφεα, ἐτετύφεας, ἐτετύφεε. Vnde crasis Attica, de qua ad plusquam perfectum actiuum pag. 55. A.

C Aoristus primus & futurum primum, si penultimam corripiant, produci possunt à Poëtis geminando ς: vt τελέσσω, ἐτέλεσσα. Et hoc per omnes modos actiuos & medios.

Aoristus secundus crebram habet repetitionem primæ literę pręsentis ante ε: idque in omnibus modis actiuę & medię vocis; τέτυπον, τετυπεῖν, τετυπόμην, &c.

Futuri primi penultimam à verbis in ρω quintæ coniugationis Æoles producunt interserendo ς: vt σπείρω, σπερῶ, σπέρσω, σεις, &c.

D Poëtę & Iones, Aorista & futura circumflexa dissoluunt in omni voce & modo: vt σπερέω, σπερέεις, τυπέω, τυπέεις, τυπέειν: τυπέομαι, σπερέομαι, &c. pro σπερῶ, τυπῶ, τυποῦμαι, &c.

Semel monendum Dores pro εις & ει dicere ες & ε: Æoles vero ης & η. Æoles item μες pro μεν dicunt. Pro tertia plurali præsentis & vtriusque futuri indicatiui, Dores vsurpant datiuum singularem Participiorum eorumdem temporum, vt τύπτοντι pro τύπτουσι: idque

in omni verborum genere. Iidem tertiam pluralem perfecti in omnibus verbis efferunt per αὐσι: Bœoti verò per αων. Dores insuper omnia futura prima circumflectunt in actiua & media voce: & præterea futura in σω mutant in ξω, maximè in verbis quartæ coniugationis quorum futurum est in ιοω. Licet autem futuro primo medio Doricè circumflexo vulgò vtendum non sit, tamen interseri potest ε post ξ: vnde τεξεῖσθε *generabitis*, pro τέξεσθε & Doricè τεξεῖσθε, legitur apud Aratum v. 124. Et contrà futurum circumflexum interdum deperdit ι, vt ἀναδέξαμαι pro ἀναδέξαμαῖτε. A B

Iônes infinitiuis vtûtur loco imperatiuorum. Homerus vtrumque coniunxit, Iliad. γ. v. 459. *ἔκδοτε καὶ ἀποτινέμεν, reddite & persoluite* pro ἀποτίνετε.

Subjunctiui personis in ζ desinentibus interdum additur ι. Iônes personis tertijs figularibus quę in ῃ exeunt addunt σι. Quod te monitum velim ne hęreas cum interdum secundam & tertiam personam solâ significatione discernes. Æolicè secundis personis desinentibus in ῃς additur σθα, τύπτῃσθα. Poëticè pluralis in ωμεν, si postulet versus, mutatur in ωμες. Poëtę si versus id exigat gaudent perfecto actiuę & medię vocis citra circumlocutionem, τετύφω, τετύπτω, &c. *Tertia pluralis in ωσι, Doricè terminatur in ωντι.* C D

Infinitiui omnia tempora desinentia in ειν, ναι & ειν Attici & Dores ita formant. Ante ν collocant μι reiectâ vocali subjunctiuâ è diphthongo (si qua pręcedat) & post ν ponunt αι, si antea non erat, accentu semper in antepenultima: τύπτειν, τυπτέμεν, τυπτέμεναι: τετυφέναι, τετυφέμεναι: τυπῆναι, τυπήμεναι: ὀρθοῦν ab ὀρθόω, ὀρθούμεναι. Poëtæ,

A si ratio carminis id requirat geminant μ: vt ἔμμεναι Iônes vero formant eadem tempora reiecto αι è Doricis, accentu in penultima: τυπτέμεν, τυπτῆμεν. Verba tamen quintæ coniugationis, quorum figuratiua est ν non admittunt talem formationem in Aoristo primo infinitiui actiui. *Æoles tempora in αν per αις efferunt, vt τιμαῖς pro τιμᾶν: & in ειν per οις, χρυσοῦν, χρυσοῖς.*

B PARTICIPIA in omni voce sequuntur dialectos suarum declinationum. Poëtę à preterito participiorum tollunt κ in verbis sextæ coniugationis, vt κεχαρηκώς, ότος: πεπληκώς, ότος. Aliquando vertunt ο in ω: πεφυῶτες, κεκμηῶτες, πεφεικῶτες. *Dores fœminina participiorum in κσα per οισα formant: & Aoristum 1. in αις, τύψαις pro τύψας.*

C

Verbum passiuum.

Omnium temporum passiuę aut medię vocis quæ in μαι vel μίω purum exeunt (præter perfectum & plusquam perfectum passiuum indicatiui) Poëtę & Iones formant secundam personam singularem à tertia rejecto τ: ἐτύπτετο, ἐτύπτεο: ἐτύψατο, ἐτύψαο: τύπτεται, τύπτεαι, &c.

D Doricè omnibus personis in μεθα desinentibus ponitur ς ante θ, vt τυπτόμεθα, τυπτόμεσθα.

Pręsentis & imperfecti tertia pluralis P. fit à tertia siugulari, posito α breui ante ται vel το: vt τυπτέαται pro τύπτονται, τυπτέατο pro ἐτύπτοντο, ἐῤῥηγνύατο pro ἐῤῥήγνυντο.

Imperfecti secunda persona I. fit in εο: & D. in ευ. Formatur etiam numerus singularis in σκόμην, σκε, σκετο: τυπτεσκόμην, &c.

Perfecti tertia pluralis in hunc modum ab Ionibus formatur: In tertia singulari ponitur α breue ante ται, & si pręcedat tenuis mutatur in aspiratam; κέκρυπται, κεκρύφαται, τέτακται, τετάχαται. Vbi ς est ante ται mutatur in δ: vt πέφρασται, πεφράδαται: ἧσται (ab ἄζω) ἕδαται. Legitur tamen apud Apoll. 2. Argon. v. 320 ἐρήρειντο, & l. 4. v. 947. ἐρήρειντο ab ἐρείδω, quasi à præterito ἐρήρεισμαι, pro ἐρηρέδαται & ἐρηρέδατο. In quinta coniugatione figuratiuæ μ & ν ignorant hoc tempus: at λ & ρ interserunt tantum α, vt ἔψαλται, ἐψάλαται: κέκαρται κεκάραται. Sexta coniugatio illâ personâ caret, si tertia singularis habeat ς ante ται: in aliis verbis reperitur, collocato α breui ante ται, & correptâ pręcedente: vt πεποίηται, πεποιέαται: relinquitur tamen vocalis longa, si versus id requirat, πεποιήαται. Idem de plusquam perfecto dicendum: nisi quod terminatio est in το, & ε non præfigitur verbis quæ repetunt primam consonantem præsentis in perfecto, vt τετύφατο. A B C

Hæc formatio notanda quia & Poëtis familiaris & historicis non ignota, maximè in verbis primæ & secundæ coniugationis, & quartæ quæ habent futurum ξω.

Perfectum insuper reijcit augmentum: vt δέχθαι pro δεδέχθαι. D

Plusquam perfectum etiam amittit secundum augmentum: vt ἐδέγμην pro ἐδεδέγμην.

Aoristus primus in verbis quintę coniugationis quæ reijciunt ν in perfecto actiuo, resumit illud vt penultima producatur: vt ἐκείνθην pro ἐκείθην. Verba in αινω P. geminant α: vt φααίνθην pro φαίνθην.

Bœoti

A Bœoti tertiam perſonam pluralem vtriuſque Aoriſti paſſiui formant à prima ſingulari mutando ην in εν: vt ab ἐτύφθην fit ἔτυφθεν pro ἐτύφθησαν.

Perſonas in μεθα Æoles in μεθε vel μεθεν formant.

Imperatiui ſecunda perſona D in ευ: & I. in εο, cui deinde Poëtæ interſerunt ι, hinc apud Hom. Il. κ. verſ. 285. legitur σπεῖο *ſequere*, pro
B σποῦ, & 3. Anthol. cap. 5. νεῖο *veni*, pro νοῦ, à verbis νέομαι, σπέομαι.

Optatiui paſſiui & medij omnia tempora in μην deſinētia, faciunt tertiam pluralem à tertia ſingulari, collocato α breui ante το: vt τύπτοιτο, τυπτοίατο: γελῷτο, γελῴατο.

Subjunctiui vterque Aoriſtus non tantum I. per ε diſſoluitur, ſed etiam P. interſeritur ι, vt
C producatur ε: vt τυπῶ, τυπῇς: τυπέω, vel τυπείω, είῃς, &c. Mutatur etiam longa in breuem, vt Il. ν. ψ. 72. δαμείετε pro δαμῆτε aut δαμείητε. Interdum etiam per η diſſoluitur: vt φανήη pro φανῇ.

Participij præteritum reijcit augmentum retracto accentu in antepenultimam, vt δέδμηος pro δεδμηώς.

A Preterito MEDIO formant interdum pre-
D ſens, πέπληγα, πεπλήγω, vnde ἐπέπληγον: πέφραδα, πεφράδω, ἐπέφραδον: πέφυκα, πεφύκω, ἐπέφυκον, quam formam à Syracuſanis ortam docet Euſtat. ad verſ. 37. Iliad. π. & eſt Poëtis familiaris: Oratores autem vtuntur quibuſdam tantum, de quibus in Inueſtigatione thematis ad κεκράγω. A poeticis verò κεκλήγω, &c. formantur præſentia participiorum κεκλήγων, κεκλήγοντος, & ſimilia, Idem ad verſ. 125. Iliad. μ.

VERBA CIRCVNFLEXA.

A

Poëtis liberæ ſunt contractiones. Sæpius tamen non contractis vocibus vtuntur.

In prima conjugatione, ſi ratio verſus id petat, poſt ε interſeritur ι P. vt τρείω pro τρέω, & vbique ſeruatur ει. Doricè autem εο contrahitur in ευ. Quin εο etiam non contrahendum, Dores pronuntiant in ευ: vt πλεῦνες pro πλέονες. B Sic θεῦς pro θεὸς, θεῶ pro θεὸν ex Euſtathio Odiſ. α. Quam formam ſeruant compoſita à θεός, vt θεύπεμπτος, θεύδοτος, pro θεόδοτος, &c.

Prima imperfecti Syneresim patitur, vt Il. θ. ℣. 21. ἠλάσεον tribus ſyllabis. Inſuper tertia imperfecti poſt ει interdum aſſumit ν: vt, ἤσκειν pro ἤσκει ab ἀσκέω. Quod etiam contingit tertia pluſquam perfecti ἑστήκειν, ᾔειν pro ἑστήκει *collocauit*, ᾔει *venit*. Euſt. ad ℣. 740. Il. λ. C

Secundæ coniugationis tempora quæ in α contrahuntur, P. interſerunt aliud α Quod α interpoſitum longum erit ſi præcedat vocalis longa: vt ἡβᾷς communiter, Poëticè ἡβάας: alias, breue; vt ὁρᾷς, ὁράας. Vltima verò ſyllaba ας ſemper producitur. Quod ſi contractio fiat in ω: præcedente vocali longa, aſſumitur D aliud ω: vt ἡβάω, ἡβῶ, ἡβώω: ſi verò præcedat breuis, accipitur ο, vt ὁράω, ὁρῶ, hinc ὁρόω, ὁρόωντο. ἀντιχόωντο, γελόωσι, γελόωμι, γελόων, καγχαλόωσα, &c. Optatiui præſens ῴομι, ῴοις, ῴοι, P. Hom. Il. δ. ℣. 347. aliam formã habet ὁρόωτε, pro ὁρῶτε ponendo ſcilicet ο ante ω, rectracto accentu.

Tertia coniugatio aſſumit ω in obliquis participiorum, ὑπνώοντες pro ὑπνόοντες.

A

VERBA IN MI.

In prima conjugatione τιθέω vſurpatum reperitur. Imperfecti indicatiui tertia pluralis ἐτίθεν D. pro ἐτίθεσαν: Item Aoriſti ſecundi ἔθεν pro ἔθεσαν. Sic ἔδον, ἔβαν, ἔσταν, ἔφαν, per ſyncopen ſatis vſitatam in verbis in μι, pro ἔδοσαν, ἔβησαν, ἔστησαν, ἔφησαν. Leges etiam Il. ψ. 469. ὑπέρβασαν,
B pro ὑπερέβησαν.

Subjunctiui præſens & Aoriſtus ſecundus, I. diſſoluuntur per ε, cui P. additur ι ſi opus ſit: τιθῶ, τιθέω ῇς, vel τιθείω, είῃς: & θῶ, θέω vel θείω.

In ſecunda coniugatione Aoriſtus ſecundus regulariter ἀνάβηθι, κατάβηθι, & ἀνάβαθι, κατάβαθι: vnde per apocopen ἀνάβα, κατάβα, *deſcende*, vt ἀνάστα. Dicitur & *ἄνα exurge*, pro ἀνάστηθι.

C Optatiui, P. vertunt αι in η per omnes numeros: pro σταίην, στήην, στήης, &c. Etiam in hac conjugatione diſſoluunt Iones ſubjunctiuum ῶ, in έω: ac tum Poëtæ inſerunt ι, ſi res ita ferat, στῶ, στέω, vel στείω.

In tertia conjugatione pro Aoriſto ſecundo Imperatiui δὸς, Nicander in Theriacis vſurpauit δόθι.

D Optatiui ſecundus Aoriſtus οι, fit in ωη: vt δώην, pro δοίην. Idem tempus ſubjunctiui P. geminat ω: vt ſit pro δῶ, δῷς, δώω, δώῃς, δώῃ. Legitur etiam δώομεν Il. η. ψ. 299.

In paſſiua voce retinent interdum vocalem longam, vt δίζημαι pro δίζεμαι *queror.*

Ad verbum ΕἸΜΙ` ſum, *vſitata tantum pro captu & neceſſitate tyronum tempora proferemus.*

Indicatiui præſentis ſecunda perſona ſin-

gularis P. ἐσσὶ *es*. Tertia in compoſitis patitur ſyncopen: ἔπι pro ἔπεστι, ἔνι pro ἔνεστι, μέτα & πάρα, pro μέτεστι πάρεστι. Et hoc bene notandum ne difficultatem pariat. Prima pluralis εἰμὲν. Il. ι. ψ. 636. tertia ἔασι Ionicè. A

Imperfectum aſſumit ε: ἔην, ἔης, &c. P. ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε. Tertia pluralis ἔσαν per ſyſtolen pro ἦσαν (dicitur & ἔσαν) quam ſyſtolen quidam tribuunt duali. Notat Euſtathius ad verſum 761. Iliad. λ. pag. 386. n. 20. non tantum eſſe commune imperfectum ἦν *eram* vel *fui*, aut ἔον & ἔην, & ἤην: ſed etiam ἔα: quibus omnibus Homerus vſus eſt; vt & ἦεν *erat* ab Iônico ἔα, vnde ἦα, & per ſynæreſin Atticam veterem ἦ: at ἤσην Il. ε. ψ. 10. pro ἤτην. B

Futurum geminat ς in omnibus modis P. ἔσσομαι, ἔσσῃ, ἔσσεται: Doricè ἐσσοῦμαι & ἐσσεῦμαι, ἐσσῇ, ἐσσεῖται, & P ἐσσεῖται *erit*, &c. vbique circunflexo. C

Imperatiui ſecunda perſona ἔσο: P. ἔσσο.

Optatiui præſens P. ἔοιμι, &c.

Subjunctiuus ὦ: I. ἔω, ἔῃς, &c. P εἴω, εἴῃς, &c.

Infinitiuus, ἔμεν, ἔμεναι, ἔμμεναι.

Participij præſens I. ἐών, ἐοῦσα, ἐόν: & D. ἔοντα pro ὄντα.

ΕἿΜΙ *eo* vel *ibo* Secunda perſona εἶς, Æ. εἶσθα. Imperfectum ἤιον: Aoriſt. 1. ἤισα, quaſi ab εἶσα Vnde ἤισαν Iliad. ν. ψ. 305. & Syncope ἦσαν, Euſtat. ib. Aoriſt. 2. ἔκιον. Infinit. ἴναι inuſitatus ex Etymol. ἴμεν leges Iliad. λ. verſ. 685. ἴμεναι, ἴμμεναι. Participij Aoriſt. 2. κιών. Futurum εἴσομαι: Aoriſt. 1. εἰσάμην. D

ἫΜΑΙ. Tertia pluralis εἵαται, & ἕαται *ſedent*. Imperfecti tertia pluralis εἵατο vel ἥατο *ſedebant*.

A KEĨMAI. Tertia pluralis κέαται, κείαται, κέονται *iacent* Imperfecti tertia pluralis κείατο, ἐκείατο *iacebant*.

ἼΣΗΜΙ. ἴδμεν *scimus* pro ἴσμεν, vnde ἴδμεναι *scire*.

ΦΗΜΊ. Imperatiuus φάο *dic*: perfectum passiuum πέφαται *dictum est*.

ADVERBIA.

B Aduerbia circunflexa descendentia ab adjectiuis primæ contractorum dissoluunt Iones, dicendo ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς *vere*.

PRÆPOSITIONES.

Apud Poëtas & Iones non semper præpositiones mutant suam tenuem in aspiratam: nam dicunt ἀπικόμην pro ἀφικόμην.

C Ἀνὰ Poëticè reijcit α, & dicitur ἂν etiam ante consonãtes: vt ἂν δόνακας, ἂν πύργους, pro ἀνὰ δόνακας, ἀνὰ πύργους. Similiter in compositione: vt ἄστῆναι pro ἀναστῆναι, ἄγχεο pro ἀνάχεο. Preterea in ijsdem compositis mutat ν in γ ante κ & χ: vt ἀγκρεμάσας, ἀγχαλάω, pro ἀνακρεμάσας & ἀναχαλάω. Ante λ in λ: vt ἀλλύειν pro ἀνλύειν. Ante β, μ, π, φ, in μ: vt ἀμβαίνειν, ἀμμίξας, ἀμπνέω, ἀμφέρω, pro ἀναβαίνειν, ἀναμίξας, ἀναπνέω, & ἀναφέρω.

D Ἀπὸ: D. ἀπαὶ, vt ἀπαὶ νευρῆς.

Ἐν: P. εἰν vel ἐνὶ tam in compositione quàm extra compositionem: vt εἰνάλιος pro ἐνάλιος, *marinus*; ἐνικάτθετο, pro ἐγκάθετο, & εἰν ἁλὶ *in mari*, ἐνὶ φρεσὶν *in mentibus*.

Κατὰ: P. καταὶ. In compositione perdit α posterius etiam sequente consonante: κάτθεο pro κατάθεο. Insuper ante φ & χ mutatur τ in earum tenues π & κ: vt κακχεῦσαι & κάπφαγε, pro κατα-

χεῦσαι, κατέφαγον. Ante β, δ, κ, λ, μ, ν, π, ρ, migrat A
in similes consonantes: vt κάββαλε, κὰδ δὲ, κακ-
κεφαλὴν· κακκορυφὴν per summitatem, κακκόρυθα per
galeam, κάλλιπεν, καμμύειν, καννεύσας, κάππεσε, καππε-
δίον, καῤῥέζειν: pro κατέβαλε, κατὰ δὲ, κατὰ κεφαλὴν, καταῤ-
ῥέζειν, &c. Sed quod magis est, ante ζ perimi-
tur illud ipsum τ, vt κάχελε pro καταχελε.

Μετὰ, *Doricè dicitur* πεδὰ.

Παρὰ: P. παραί. Item παρ' elisâ vltima vocali B
παρ Διὸς *à Ioue*: & frequenter in compositis, vt
παρμύνω, πάρθεσαν, pro παραμύνω, παρέθεσαν, &c.

Περὶ: P. geminatur, vt περιπροκυλινδόμενος, περι-
πρεκαλυψάμενος. Componitur etiam cum alijs
præpositionibus: vt ἀποπρὸ *procul*, διαπρὸ *penitus,
prorsus*, περιπρὸ *summè, egregiè*.

Προς: D. ποτὶ, P. προτὶ.

Ὑπὲρ: P. ὑπεὶρ: vt ὑπείροχος pro ὑπέροχος, & C
ὑπεὶρ ἅλα.

Ὑπὸ: P. ὑπαὶ etiam in compositione, vt ὑπαι-
δείδοικε *timuit*. ὑββάλλειν & ὑποδδείσας sunt apud
Homerum, pro ὑποβάλλειν & ὑποδείσας. Hæc vero
geminatio primæ consonantis etiam in alijs
præpositionibus accidit, ἀπόδδυσαν *exuerunt*,
ἐπισσείω *vibro*, περιδδείσαντες *metuentes*, ἐπιῤῥεθέεσσι
in membris, pro ἐπὶ ῥεθέεσι. D

CONIVNCTIONES.

Poëticè ἠμὲν ἠδὲ, *cum & tum*, ὄφρα, *vt*; ἠὲ, *siue*.
ἐπειδὴ apud Homerum initio versus aliquando
spondæum tantùm efficit. Sic ἕως vel εἵως inter-
dum monosyllabum est. Pro ἐπεὶ dicunt ἐπειή.

Expletiuæ particulæ crebrò à Poëtis vsur-
pantur, ἄρ, ῥα, κεν, κε, νυ, θην, αὖ, τοι, πω.

A

QVANTITATES SYLLABARVM.

1. Vocales η, ω, & diphongus omnis naturâ producuntur.

B 2. Vocalis omnis ex contractione nata, vel accentu circunflexo notata, naturâ etiam longa est: vt in δράτων, ὄφις, βότρυς, α, ι, υ, producuntur. ex δραέτων, ὄφιες, βότρυες. Sic *λᾶας lapis, κρᾶας caput, λῦμα purgamentum, κῦρος auctoritas, μῖσος odium*, & similia, primam longam habent. *Quod bene notandum, ob multa cùm nomina, tum verba, deriuata, quæ ex Lexico patebunt.*

C Omnis longa vocalis & diphthongus, fit anceps in fine dictionis, si sequens dictio incipiat à vocali aut diphthongo.

Contingit etiam in eadem dictione vocalem longam & diphthongum, communes interdum esse: si vocalis aut diphthongus sequatur: vt prior in υἱὸς anceps esse poteit, propter ο sequens.

D *Sic Aristophanes in Pace intra breue spatium versibus hexametris corripuit οι in πεποίηκας, ποιήσεις, & πεποίηκε.* Sic *in Anthol. sæpius.* *Obseruatio.*

Diphthongus ει A. vertitur in η: & I. dissoluitur in ηϊ, vt *ἀχρεῖος inutilis ἀχρήϊος, βασίλειος regius βασιλήϊος, εἶδε nouit ἤϊδε, εἴκται & εἶκτο similis erat ἤϊκται, ἤϊκτο.*

Diphthodgus οι aliquando interserit ι, vt *γελοῖος ridiculus γελοίιος, ὅμοιος similis ὁμοίιος.*

Ex diphtongo tollitur vna vocalis vt altera A
corripiatur: Sic λιτυργὸς *famulus*, ἠδέα *iucunda*,
ἐδήσω *cognoscam*, πεπιθὼς *confisus*, pro λειτυργὸς,
ἡδεῖα, εἰδήσω, πεποιθώς.

Diphthongus propria & impropria dissolui-
tur: ἔϊκτο, ἐΐκτην, ῥάϊστα, προΐος, δαΐδες, pro εἶκτο,
ῥᾷστα, &c. Vocalis autem anceps diphthongo
solutâ corripitur, nisi ratio versus eam lon- B
gam exigat; quod fit vel geminãdo sequentem
consonantem, vt ἐϋῤῥίνων *sagacium*. ἐϋμμελίης
pugnator; vel etiam per nudam ectasin, vnde
Θρηΐκος & ἐΰλαλος producunt ι & υ.

3. Duæ vocales ε & ο naturâ sunt breues.

Has Poëtæ multis modis producere solent.
Aut assumendo vocalem vt fiat diphthongus:
vt κεινὸς *vacuus*, ξεῖνος *hospes*, θεμείλιον *fundamentum*,
πείρατα *limites*, οὐλοὸς *perniciosus*; εἰοικὼς *similis*, νη- C
λειὴς immitis, χρύσειος *aureus*, χάλκειος *æreus*, σπεῖος
spelunca, μοῦνος *solus*, νοῦσος *morbus*, αἰεὶ *semper*, εἵνεκα
gratiâ, ἐπτοίηνται *terruerunt*, δείδια & δείδοικα *timeo*,
οὔνομα *nomen*, δοῦμος *domus*, εἰρωτᾷς *interrogas*, ἰτεῖαι
salix, ὀξεῖα in numero plurali, pro ὀξέα *acuta*: κεινὸς,
ξεῖνος, &c. Non videtur tamen licere omnia in
omnibus vsurpare: dices enim τὸ οὖρος *mons*; at ὁ D
οὖρος *limes*, λοῦγος, aut κούμη *coma*, vel δείρω, nequa-
quam vsurpabis. Vsus ergo & lectio multa do-
cebunt.

Aut geminando consonantem vt existat po-
sitio. Sic producunt μέσσος *medius*, ὄλλος *integer*,
ἀννέφελος *sine nube*, ὀφέλλιμος *vtilis*, ἀῤῥαβικὸς, ἰθύν-
τατα *rectißimè*, ὅῤῥα *quod*, συννεχὲς *continuè*, ὅππη,
ὅππως, ὁππο͂ιος, ὅττι.

Aut mutando vocales breues in longas:

A θεηλόκος pro θεολόκος, μακηδὼν & μακηδόνιος, *Macedo, Macedonius.* κρηνε *montes*, ὀλίζωνες *minor es*, ἠύκομος *pulchras comas habens*, πωλέσκετο *versabatur*, αἰθηρα *atherem*, πειρατα *limes*; pro Μακεδὼν, ὄρεα, πωλέσκετο, &c. Sic in comparatiuis corripiunt aut producūt vocalem prout ratio versus exigit, φιλοξεινώτατος, μεσσότερος, θεώτερος pro θεότερος, &c. cum regula postularet ο & ω. Cōtrario etiam modo, B licet rarius, vocales longas mutant in breues: ἔπρεσε *combußit*, ἱππελάτης *eques*, pro ἔπρησε, ἱππηλάτης.

4. Positio vt apud Latinos.

A Poëtis detrahitur altera consonans, vt corripiatur vocalis, vt μόλιβος pro μόλιβδος *plumbum*; φάρυγος pro φάρυγγος à φάρυξ *guttur*.

Si dictio pręcedens desinat in vocalem bre- C uem, & sequens incipiat à litera duplici, vel à duabus consonantibus, aut à muta cum liquida; tunc illa vocalis breuis efficietur anceps: vt in μέγα ξίφος, διὰ βροτῶν, ἀπὸ γλώσσης, vocales finales α & ο communes sunt.

5. Muta cum liquida, itemque μν, πτ, κτ, pręcedētem vocalem naturâ breuem, communem efficiunt apud Poëtas: vt τέχνη, ἀριθμὸς, &c.

D *In quibus omnibus diligenter obseruandum est neutram ex illis consonantibus ad vocalem præcedentem (alias positio esset breuis) sed ad sequentem pertinere, hoc modo*, τέ-χνη, *& sic de alijs.* *Opp.* κυν. γ. Καὶ βόσιος χατέουσα πόδας, χεῖράς τε λιχμαίνει, & cibo indigens pedes & manus lingit. *Ad eum modum* ἔσπεισε libauit, πρωτότοκος primogenitus, βίσωνες *populi nomen*, στενάζεις gemis, *corripiunt* ε, ι, α, ante σπ, ς, & ζ. *Obseruatio.*

Obser-uatio. *Caue existimes syllabam quæ naturâ suâ corripitur esse communem, vbi liquida mutæ præponitur, vt τύμπανον: aut quando sequitur vnicum tantùm σ: vel vna sola liquida. Quæ enim de his exempla proferuntur rarissima sunt & incerta*: nisi fortè de litera ρ quædam reperiantur. A

Etiam vocalis breuis euadit anceps beneficio Cæsuræ, quæ passim locum habet in primis quinque pedibus. B

Nonnulla quoque monosyllaba à Poëtis communiter vsurpantur; ὅ, γὲ, κὲ, τὲ, γὰ, μὲ, περ, τὶς, & similes particulæ.

Obser-uatio. *Præcipua difficultas Græcæ quantitatis, est in tribus vocalibus, α, ι, υ: quæ dicuntur ancipites, quod in quibusdam vocabulis semper breues sint; in alijs, semper longæ; in nonnullis autem, modo longæ, modo breues. Pro quibus sequentia Lector accipiet.* C

6. Vocales, α, ι, υ, sæpe vel ipsâ necessitate producuntur, positę inter duas syllabas longas, vt πισικῆς, νήπιοις, ἀγείης producunt ι medium: quin & breuem ante longam extendunt, sic παρειπὼν ἀνοίγω, ἐαγὼς, κατίσχω, τεθνάναι, ἀνέρχομαι, θρίων, ἐπιθύνω, α, & ι longant: & in vocibus quæ habent tres vel plures syllabas continuo breues: vt ἀθάνατος, ὑλακόμωρος *latrator*, primam producunt, & πύχιον, βεάδιον, extendunt ι, lib. 1. Anthol. cap. 1. Imo propter eandem rationem ε & ο producuntur: hinc γλυκέειον antepenultimâ longâ lib. 3. Anthol. cap. 23. & στεφόμενος facit initium versus hexametri lib. 5. c. 1. Sic πελεμόδικος productâ tertiâ syllabâ lib. 3. c. 23. D

7. Ex Poësi Latinâ multa licet cognoscerę, quæ pertinent ad vocales ancipites; maximè in

A nominibus proprijs à Græcis petitis, puta *Anchiſes, Ida* & ſimil.bus.

8. A producunt, nomina in ας primæ ſimplicium:

· Finita in ρα & ια, vel elegantius vertunt in η:

Genitiuus ας ſecundæ ſimplicium: *interdum licentiâ corripitur.*

Dualia & pluralia primæ & ſecundæ ſimpli-
B cium. Reperitur accuſatiuus pluralis primæ declinationis interdum correptus. *Dores corripiunt accuſatiuum pluralem ſecundæ declinationis*

Participia maſculina in ας, vnde & eorum fœmininum in ασα, penultimâ longâ.

Illa quæ Ionicè mutant α in η, vt τραχὸς, οἴακος, θώρακος, σφραγὶς *ſigillum*; dicitur enim τρηχὺς, οἴηκος, θώρηκος, &c. *quanquam*, οἴακος *occurrit*
C *ſecunda breui.*

Propria in αν, ανος, & in αων, Λυκάων, ποσειδάων:

Perſonæ in ασι: licet rariùs corripiant:

Compoſita ab ἄω *ſpiro* (licet corripiat primam) vt ζαὴς *vehementer ſpirans*:

Verba in άω purum producunt penultimam futuri: vt ἐάω, ἐάσω. Item quando ante α præcedit ρ: vt γηράω, γηράσω *Etymolog. in* βοήσω.

D Cum his, ἀαγὴς *infrangibilis*, producit mediam, ἀγὴ *littus*, ἀὴρ *aër*, ἀΐσσω *cum impetu feror*, ἀκράαντος *imperfectus*, ἀμητὸς *meſſis*, ἄπλατος *immenſus* producit ſecũdam, ἀρὰ *precatio*, ἄτη *infortunium*, βυγάϊος *iactator*, δαλὸς *titio*, διψάω *ſitio*, ἐλαΐνεος *oleaginus* ἱκάνω *venio*, κιχάνω *inuenio*, *aſſequor*, κρατὸς, κρατὶ, *capitis, capiti*, λάβραξ *piſcis vorax*, producit ſecundam in obliquis, λαὸς *populus*, ναὸς *templum*, παὸς *affinis*, πεινάω *eſurio*, ῥαγίζω *acinos colligo*, φάλαινα *balæna*,

9. A anceps habent, propria & appellatiua A
in ανος, ἰυλιανὸς, χριστιανός.

Item hæc ἀαγὴς in prima, ἀείδω *cano*, ἀΐδης *orcus*, ἀείρω *tollo*, ἀλαὸς *cæcus*, ἀνὴρ *vir*, ἀνία *triſtitia*, ἀπόλλων *Apollo*, ἄρης *Mars*, δαὴρ *leuir*, ἐάω *ſino*, ἵλαος *propitius*, καλὸς *pulcher*, λάρος *gratus*, νάω *fluo, mano*, ῥαθάμιγξ *gutta*, ταγὸς *dux*, φθάνω *præuenio*.

10. I. longum habent, Propria in ῖνος & ίνη:

Nomina in ιτης (modò non deſcendant à B
præterito paſſiuo) ιτη, & ιτις, niſi interſeratur η, vt πολῖτης, & πολιήτης, in quibus primum ι, corripitur:

Quæ duas habent terminationes ις & ιν, vt ἀκτὶς vel ἀκτὶν, δελφὶς aut δελφὶν:

Monoſyllaba quæ producunt crementum, θὶν, θινὸς, θῖνα, *litus*; ῥὶψ, ῥιπὸς *vimen flexile*:

Verba in ίνω vel ίνομαι, vt κρίνω, κρίνομαι, γίνομαι. C

Adde quæ ſequuntur, ἀγινέω *ago, duco*, αἰγίνη nomen inſulæ, ἀκόνιτον *aconitum*, ἀκριβὴς *acuratus*, ἀξίνη *dolabra*, βέμβιξ, ικος, *trochus*, βιθυνοὶ populi nomen, βραχίων *brachium*, βρίθω *onuſtus ſum*, βρίμη *potentia*, βριμὼ *Proſerpina*, γινώσκω *cognoſco*, γριπεὺς *piſcator*, διφάω *quæro*, ἐνιπὴ, *objurgatio*, ἔριθος *famulus*, ἐρινὸς *ficus ſylueſtris*, εὔριπος *euripus*, ἡρωΐνη *heroîna*, θλίβω *premo*, ἰθὺς *rectus*, ἵλαος *propitius*, ἴλη D
agmen, ἴλιγξ *vortex*, ἴλισσος vrbis & fluuij nomen, ἰλὺς *lutum*, ἵμερος *deſiderium*, ἰνίον *poſterior colli neruus, occiput*, producit primam, ἰὸς vel ἰὸν *iaculum*, ἴρηξ *accipiter*, ἱερὸς *ſacer*, ἰτέα *ſalix*, ἰυγμὸς & ἰυγὴ *ſibilus*, ἴφθιμος *fortis*, ἴφιος *robuſtus* producit primam, ἰχὼρ *ſanies*, ἰωγμὸς *perſecutio hoſtilis*, κάμινος *caminus*, κίκις *robur*, κινέω *moueo*, κίων *columna*, κλίβανος, κλίνη *lectus*, κλίμαξ *ſcala*, κλιτὺς *conuallis*, κνιπὸς

A *parcus*, κοιλία *lexiuium*, κρίβανος *furnus*, κριθὴ *hordeum*, κριὸς, *aries*, κύμινον *cuminum*, λιμὸς *fames*, λιτὸς *simplex*, μίλαξ *taxus*, μίλητος *Miletus*, μιμοῦμαι *imitor*, μύρτινος *myrtinus*, νεογιλὸς *recens natus*, νίκη *Victoria*, & νικάω *Vinco* cum suis, νίφω *ningo* (tamen νιφὰς, νιφόεις, &c. corripiuntur) ὅμιλος *cœtus*, πέδιλον *calceamentum*, πέδιξ in obliquis, πίρειμι *horreo*, πίδαξ *scatebra*, πισίδης *Pisides*, πίων *pinguis*, πολυάιξ ἀϊκος

B *impetuosus*, πρίω *serrâ seco*, ῥητίνη *resina*, ῥινὸς *corium*, ῥιπὴ *impetus*, σιγάω *sileo*, σιδόεις, σιμὸς *simus*, σίφων *canalis*, σκίπων *baculus*, σμίλη *scalpellum*, σμῶδιξ, ικος, *Vibex*, τίω *honoro* cum suis, ὑσμίνη *bellum*, φιμὸς *camus*, φλιὰ *limen*, φοίνικες, χαλινὸς *frenum*, χελιδὼν *hirundo*, χίλιοι *mille* producit primam, χιλὸς *cibus*, ψιλὸς *tenuis*.

11. I est anceps in nominibus in ια.

C In verbis in ίω, quæ tamen videntur producere Aorista prima actiua & media:

Et in his ἀνιάω *contristo*, γίγας licet sępius corripiatur, δίνη *Vortex*, sæpius tamen producitur, δριμὺς *acer*, ἔνδιος vt ἔνδιον ὕδωρ *aqua pluuialis*, ἔνδιος *serenus*, θαμινὸς *creber*, ἰατρὸς cum suis, *medicus*, ἵημι *mitto*, ἰθύνω *dirigo*, ἴσος *æqualis*, ἴσημι *cognosco*, ἴκελος *similis*, καρκίνος *cancer*, κνίδη *Vrtica*, κόφινος

D *corbis*, κρονίων *Saturnius*, λιγὺς *canôrus*, λίαν *Valde*, λίνον *filum*, μάστιξ, ιγος, *flagellum* in obliquis, μεσημβρινὸς *meridianus*, φῦκον *alga*, μυρίκη *myrica*, ὄρνις *auis* etiam in obliquis, ὀπωρινὸς *autumnalis*, πίομαι *bibam*, ἔπιον, πιὼν, πιφάσκω *nuntio*, πνιγόεις & περιπνιγὴς, licet πνίγω *suffoco* producat, ῥιπαῖος, σέλινον *apium*, σίδη *malus punica*, στιβὰς *culcitra*, στίχος *carmen*, σφὶν, τέττιξ vel τέττιξ in obliquis *cicada*, τρίβω *tero*, ὑπεύδιος *serenus*, φίλος *amicus* cum suis, licet sæpius

corripiatur. A

12. Y. extendunt acuta in νεὸς, ἰσχυρὸς *fortis.*

Nomina quæ in recto duplicem sortiuntur terminationem υς & υν, ὁ φόρκυς aut φόρκυν:

Verba in ύνω & ύνομαι, ἰθύνω & ἰθύνομαι: nisi licentiâ raro corripiantur, vt ὀτρύνω & ἀμβλύνομαι:

Participia masculina in υς, vt ὁ ζευγνὺς:

Quibus adiungenda sunt, ἄγκυρα *ancora,* ἀδάκρυτος *non lachrymans,* ἀθύρω *ludo,* ἀμαρυγὴ *splendor,* B ἀμύμων *præclarus,* ἀτάρχυτος *insepultus,* ἀτρακτυλὶς spinę genus, ἄτρυτος *vehemens,* ἀϋτὴ *clamor,* βιθυνοὶ populi, βοτρυδὸν *racematim,* βούλυτος *tempus vespertinum,* βρύχω *frendeo,* γρὺψ in obliquis *gryphus,* γυρὸς *curuus,* γωρυτὸς *pharetra,* δάκρυτος, διόνυσος *Bacchus,* δοίδυξ in obliquis *pistillum,* ἐνυὼ *bellôna,* ἐνυάλιος epithetum Martis, εἰλυφάζω *circunuoluo,* ἐρυκάνω *inhibeo,* ζύμη *fermentum.* θυμὸς *animus;* ἰγνὺη *poples,* C ἰλὺς *limus,* ἰϋγὴ *sibilus,* ἰχθὺς *piscis,* καρύκη *condimentum,* τὸ κέλυφος *cortex,* κερκύρα *corcyra,* κρυμὸς *gelu, frigus,* κύρω *incîdo,* κυφὸς *gibbosus,* κωκυτὸς *eiulatus,* κώμυς, ὕθος, *fasciculus,* λάφυρα *spolia,* λυδοὶ populi, λύπη *dolor* μέμυκα *obturatus sum,* μηνυτὴς *qui indicat,* μόσσυν *suggestum ligneum,* μορμύρω *murmuro,* μυελὸς *medulla,* μυκάομαι *mugio,* μυὼν *prætextus, excusatio,* μύραινα *murana,* μυρίος *infinitus,* D ξυνὸς *communis,* ὄλυρα legumen quoddam, πεπνυμένος *sapiens,* πορφύρω *purpureo colore perfundo,* πρεσβύτης *senex,* πύθω *putrefacio,* πυρὸς *triticum,* ῥυτὴρ *tractor,* ῥυτὸς *tractus,* ῥύπαιος *Rhyphæus,* σίγυνον iaculũ ferreum quo apri figuntur, σμύχω *absumo, vro,* στύφω *astringo,* συλάω *prædor, capio,* σύριγξ *fistula,* σφύρα *malleus,* τρυγὼν *turtur,* τρυπάω *perforo,* τύφω *fumum excito,* ὕλη *sylua,* ὕω *pluo,* φρύγω *torreo,*

A *φύλοπις bellum, φύρω misceo, φυσάω inflo, χρυσὸς aurum, χυλὸς succus, sapor, ψυχὴ anima, ψύχω frigefacio, ψυχρὸς frigidus, ὠρυδὸν cum vlulatu.*

13. Y. anceps est in verbis in *ύω* & *ύομαι*.

Item in verbis quartæ coniugationis in *μι*:

Et in sequētibus, *ἀνεύθυνος crimine carent, ἄρτυμα condimentum*, *βέβρυξ* in obliquis, *γὺψ* in obliquis *vultur*, *δρῦς* in obliquis *quercus, δρυμὸς sylua, δυοῖν,*
B *δυαὶ, ἐρύκω inhibeo, ἐγγύη sponsio, καρύον nux, κήρυξ præco* in obliquis, *κίνδυνος periculum, κορύνη claua, κύανος cæruleus color, κώρυκος pera, λύσις solutio, λύγος vitex, μύρον vnguentum, μυδάω nimio humore putresco, μυώδης musculosus, μύωψ luscus, νηδὺς venter, νώνυμος non nominatus, ξύλον lignum, πληθὺς multitudo, πλημμυρὶς æstus maris, πυραυγὴς rutilans, ῥυτὶς ruga, στύλος columna, συκῆ ficus, σύρω traho,*
C *τρυφάω delicior, τύλος & τύλη culcitra, callus, τυρὸς caseus, ὕδωρ aqua, ὑφαίνω texo, φυκίον fucus, φυλὴ tribus, φύσις natura, φυτάω gigno*: *λύρη* interdum licentia producitur.

Fateor verbalia, herbarum, lapidum, & pleraque alia nomina, multum variare in his tribus literis. *Obseruatio.*

14. Ancipites vocales quæ aut regulis generalibus comprehensæ non fuerunt, aut sigillatim
D prolatæ, breues habendæ sunt, donec lectio contrarium docuerit.

15. Composita & deriuata seruant quantitatem eorum à quibus descendunt: vt à *θυμὸς* fit *μεγάθυμος* penultimâ longâ; à *κῦδος κυδαίνω*, à *σῖτος σιτέω*, &c.

Vsus huius regulæ latissimè patet in deriuatis propter innumera quæ veniunt à perfectis & Aoristis secundis & omnibus quæ inde formantur.

16. Eliſio vocalium aut diphthongorum ante A
vocales aut diphthongos Poëtis eſt libera. Dicunt enim *ἀποαιρέω* vel *ἀφαιρέω*, *ἀποαίνυμαι* vel *ἀπαίνυμαι*, *ἐπιέπομαι* vel *ἐφέπομαι*: *ἐπ' αὐτῷ* vel *ἐπὶ αὐτῷ*.

17. Crebrę ſunt Tmeſes ſeu diuiſiones verborum ex præpoſitionibus compoſitorum, ita vt inter præpoſitionem & verbum vna vel plures voces intercedãt: vt Καδδέκεν *εὐχωλὴν πριάμῳ καὶ τρωσὶ λίποιτε*, *relinquatis autem Priamo & Trojanis* B
id quod maximè optant, Iliad. *β*. ✠. 176. pro *καταλίποιτε δ'*.

18. *Συνίζησις* vel *συνεκφώνησις* valdè familiaris eſt Poëtis, cum duæ nimirum vocales, quæ ad duas ſyllabas pertinent, & diſtinctè pronuntiantur & ſcribuntur, vnicam tantum ſyllabam in quantitate faciunt: vt *δενδρέῳ*, *χρυσέῳ*, *ἐπιστανῷ*. *Plures in dialectis notauimus.* Sic plures caſus C
nominis *θεὸς* ſępe monoſyllabi occurrunt: Item *ἔαρ ver*, *φάος lux*, *ἄορ enſis*, *βοῶν boum*, *θεὰ*, *ἕως*: & *τεθνεῶτες*, triſyllabum.

19. Poëtę per Protheſin quibuſdam pręfigunt *ε*: vt *ἐείκοσι*, *ἐέλδωρ*, *ἔειπα*, *ἔηκα*, *ἐείδομαι*, *ἐεισάμενος*, & alia, pro *εἴκοσι*, &c. Eodem modo *θεεῖος* pro *θεῖος*, *ἐννήκοντα* pro *ἐνήκοντα*, dicuntur. Contra per Aphæreſin tollunt *ε*: vt *κεῖνος* pro *ἐκεῖνος*. Sic *πτῖε*, D
pro *πίπτε*; vnde *πεφθ' ὕτως*; pro *πίπτε ὕτως*; Vtuntur & Metatheſi ſeu tranſpoſitione literarum, dicentes *ἔπραθον* pro *ἔπαρθον*, *ἔδρακον* pro *ἔδαρκον*.

20. Spondaïci verſus ſatis frequentes in Poëſi Græca.

21. Gręci verſum claudunt vocibus quinque, ſex & ſeptem ſyllabarum. Vnum etiam vel duo monoſyllaba in fine verſus non refugiunt.

Si vltima

A *Si ultima dictio versus desinat in vocalem, & prima sequentis incipiat à vocali, elidi potest ultima illa vocalis prioris versus, eodem modo quo si duæ illæ voces in eodem versu reperirentur, ut patet in iambicis sequentibus apud Athen lib 8. c. 4.* *Obseruatio.*

Ὁ χρηματοποιὸς Δωρίων ποτ' ἐς Μύλων'

Ἐλθὼν ———— magister-symphoniæ Dorion aliquando Mylônem (*quod est oppidum Ægypti*)

B cum venisset. *Ubi vides in voce* Μύλωνα *elidi* α *propter sequens* ε *in voce* ἐλθὼν, *sequentis versus.* *Rursus apud eundem auctorem lib. 13. cap. 6.*

Ἐλθοῦσα πέμψαι στρώματ' αὐτὴν κέλευ'

Ἔφη ———— veniens mittere stragula ipsam iube dixit.

C *sequentia notari possunt, memoriæ mandari non est opus.*

De Apostropho, elisione & contractione vocalium.

Primum ergo, Si dictio precedens desinat in
D η vel ω, vel diphthôgum, & sequens ab α vel ε incipiat; deletur illud α vel ε cum notâ Apostrophes. Exempla ferè ex Sophocle & Aristophane petemus: ut μὴ 'πίπασε, pro μὴ ἐπίπασε: ἀρετὴ 'στιν, pro ἀρετή ἐστιν: ποῦ 'στιν occurrit sæpe, pro ποῦ ἐστιν: ὦ 'νδρες, pro ὦ ἄνδρες ô viri; ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ, ô bone vir; ὦ 'ταν pro ὦ ἔταν, ô amice, heus tu.

Coniunctio καὶ has passiones recipit: ut κἀφ' ἡμῶν, pro καὶ ἀπὸ ἡμῶν: & apud Sophoclem χἀ 'ν ἀκύ-

σωμψ πιλεῖν, pro καὶ ἃ ἂν: κεἴτις ἄλλος. pro καὶ εἴτις: A
χῷ, τι δεῖ προσταστε δρᾷν, pro καὶ ὅ, τι: χἠσὺ, pro καὶ
ἡ σὺ: χἠ ναῦς, pro καὶ ἡ ναῦς: χὤστις, pro καὶ ὅστις.
Notat Etymologus col 8 6. χοὶ ξυμπόται, & χοὶ
συγγενεῖς dici, pro καὶ οἱ ξυμπόται, & καὶ οἱ συγγενεῖς.
κὠνομαστὸς pro καὶ ὀνομαστὸς, χ᾽ ὠκόσα pro καὶ ὁ κόσα κοὖτοι
pro καὶ οὗτοι, χ᾽ οἱ μὲν παῖδες pro καὶ οἱ μὲν, χ᾽ αἱ βοτάναι
pro καὶ αἱ, χ᾽ ὁ μὲν pro καὶ ὁ μὲν. Sequente vocali ε
ita se babet; κἀν, Dorice κἠν siue κὴν sine accentu, B
pro καὶ ἐν *in*: κἠγὼ & D. κἠγὼ, pro καὶ ἐγώ Sic
etiam apud Oratores, κἀμοῦ, pro καὶ ἐμοῦ: κἀκεῖνος,
pro καὶ ἐκεῖνος. Idem fit sequente α: vt κἂν cum
accentu pro καὶ ἂν *etsi, etiamsi*: κἀγαθὸς καὶ ἀγαθὸς:
& media compositione, καλοκἀγαθὸς cum suis.

Articulus masculinus admittit crasin in ου
sequente ε: vt οὑξεληλυθὼς, pro ὁ ἐξεληλυθὼς: οὑμὸς,
pro ὁ ἐμὸς: τίς ἔσται μ᾽ οὑπικωλύσων; pro με ὁ ἐπικωλύ- C
σων; οὑν ποδιᾷ, pro ὁ ἐν ποδιᾷ. Seruatur autem
spiritus asper, & secundam quosdam ponitur
apostrophus post υ, vt οὑμὸς: secundum alios
spiritus, qui debebat esse in ε, notatur super υ,
vt οὑμός. Sequente α vertitur in ω: vt ὡ᾽μβρα-
κιώτης pro ὁ ἀμβρακιώτης: ὡ᾽γχευτὴρ: pro ὁ ἀγχευτὴρ: ὡ᾽
ὐτος, pro ὁ αὐτὸς. Reperitur & ᾡπόλος, pro ὁ αἰπόλος
caprarius, sine nota apostrophes vt notat Sylbur- D
gius ad pag. 641. Etymologici. Genitiuus τοῦ se-
quente α deperdit ου: vt τ᾽ ἀδελφοῦ, τ᾽ ἀγαθοῦ, τ᾽ ἀνδρὸς,
τ᾽ οὐφεσίου, pro τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦ ἐφεσίου, &c. etiam apud
Oratores. Quin & ante ου, hinc Aristophanes
τ᾽ οὐρανοῦ dixit seruatâ apostrophe: at τοὐλέθρου, oro
τοῦ ὀλέθρου: vt & in datiuo, τ᾽ ἀνδρὶ, τ᾽ ἀνθρώπῳ,
τ᾽ ἀγαθῷ, pro τῷ ἀνδρὶ, &c. quod etiam in prosa
legitur. Aliter quoque fit in datiuo: retinetur

A enim ῷ, & reijciiur ſequẽs vocalis, vt τῷ ᾽πιόντι, τῷ ᾽μῷ, pro τῷ ἐπιόντι, τῷ ἐμῷ: Item τῷ ᾽κινάκῃ pro τῷ ἀκινάκῃ apud Etymologum p. 514. Vocatiuus ὤπολλον, pro ὦ ἄπολλον, ibidem. In duali τὼ ᾽φθαλμὼ pro, τὼ ὀφθαλμώ: & in plurali, οἱ ᾽πιχώειοι, pro οἱ ἐπιχώειοι. Dicitur & οὑ ᾽πιχώειοι, pro οἱ ἐπιχώειοι. At ſequente α in ω, vt ὦ ᾽λλοι, pro οἱ ἄλλοι.

Articulus fœmininus etiam reijcit ε ſequens:
B ſic apud Sophoclem, ἔνεστιν ἡ ᾽υλάβεια, pro ἡ εὐλάβεια, poſitâ apoſtrophe poſt η, & ſpiritu leni ſuper υ, qui erat ſpiritus ευ. Datiuus rarò coaleſcit: leges tamen apud Ariſtophanem, γυναικὶ τἠγαθῇ: pro τῇ ἀγαθῇ. Quod ſi vocali eliſâ indigeas, Apoſtrophe ponenda erit hoc modo, τῇ ᾽γορᾷ pro τῇ ἀγορᾷ.

Articulus neuter ſępe ante ε coaleſcit in ου: vt τοὖπος, τοὐμὸν, pro τὸ ἔπος, τὸ ἐμὸν, &c. Sequente α,
C reijcit ο, ſic τ᾽ ἄγαλμα apud Ariſtophanem, τἀπεσαλμένον. Ante ο contrahitur interdum in ου, vt τοὖψον, pro τὸ ὄψον: alias alterum eliditur τ᾽ ὀξοῦ pro τὸ ὀξοῦ. Interdum fit craſis in ω, vt τ᾽ ὠρχαῖον, pro τὸ ἀρχαῖον: alias in ου, τ᾽ οὔρθρον, pro τὸ ἄρθρον. Ante οι, in ῳ, ſic Apud Ariſtophanem τ᾽ ᾠκίδιον pro τὸ οἰκίδιον: ante η in ω, θώμισυ pro τὸ ἥμισυ, vel vt alijs placet τώμισυ, vt τοὔνεκα pro τὸ ἕνεκα: at dicitur
D θάτερον, non θοὔτερον. Genitiuus & datiuus vt in maſculino. Nominatiuus pluralis α & ε in α, τ᾽ ἄργα, τἀμὰ, pro τὰ ἔργα, τὰ ἐμά. Reijcitur interdum ε, τὰ ᾽ξω βίου, pro τὰ ἔξω βίου.

De futuro ſubjunctiui.

Futura ſubjunctiui qui annotauerit, nemi-nem ex Grammaticis legi, non quod deſint (cur

enim deessent?) sed quia eorum non frequens necessitas; & quidem in actiua & media voce nullo modo ab Aoristis secerni possent, cum eorum & figuratiuas, & vocales η scilicet & ω, retineant. Apparet tamen illustre exemplum futuri primi subiunctiui actiui apud Strabonem lib. 1. p. 1. de Homero, ἐσπούδασεν ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσῃ τοῖς ὕστερον, *operam dedit vt plurimas cognosceret & posteris traderet*: vbi vox παραδώσῃ non potest esse Aoristi primi. Sic apud Theocrit. Eidyl. 36. δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσῃ *timeo ne te pejori viro tradat.* Nam δίδωμι habet in Aoristo primo ἔδωκα, cuius, vt notant Grammatici nullus est vsus extra Indicatiuum: erit ergo futuri primi subjunctiui actiui παραδώσω, παραδώσῃς, παραδώσῃ. Sic Isocrates in Areopagitica, ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι. μηδ' ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσωσι, *hoc vnum cauebant ne aliquid à patribus acceptum destruerent, neue aliquid consuetudine receptis adderent*: illud προσθήσωσι est futurum primum Subiunctiui actiui à verbo προστίθημι, quod habet in Aoristo primo actiuo προσέθηκα cuius temporis in alijs modis nullus est vsus: Nisi quis opponat θῆσαι quo vtitur Naz. poëm. 61. & θήσαιμι apud Apollina. ψ. 50. Psalm. 88. & θήσαντο apud Pind. Nem. Ode 5. quod est Aorist. 1. medij. Sophronius ὁμιλία εἰς τίμιον σταυρὸν, vbi rationem reddens cur deus sacrum quadragesimæ ieiunium instituerit, ait ἵνα τέλεον ἑαυτοὺς ἐκκαθάραντες φθάσωμεν εἰς τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, καὶ καθαροὶ τῷ θεῷ ἐπιφθείημεν συναναστησώμεθα καὶ σὺν αὐτῷ δοξασθησώμεθα καὶ φιλικῶς ὑπ' αὐτοῦ προσδεχθείημεν, Optatiuum cum

A B C D

A Subiunctiuo iungens, vt Strabonem supra fe-
cisse vidimus, *à ce que nous estant entierement pu-
rifiez nous paruenions au iour de la resurrection, re-
suscitions & soyons glorifiez auec le Sauueur.* Illud
δοξαθησώμεθα est futuri primi subjunctiui passiui
à verbo δοξάζω, cuius Aoristus primus passiuus
est ἐδοξάσθην, Futurum primum indicatiui δοξα-
σθήσομαι, Subjunctiui δοξαθησώμεθα. Rursus ibi-
B dem, ὁπόταν ἄξιοι φανησώμεθα, *quando digni visi eri-
mus*, est certè futurum secundum subiunctiui
pássiui à verbo φαίνω, ἐφάνην, φανήσωμαι. Philo
Iudæus libro *Quod deterius insidietur potiori* pag.
111. ℣. 5. ἵνα δοκῶ ἡδονῆς ἢ λύπης ἢ τινος ἄλλου πάθους
κέντροις τρωθήσηται, *afin à mon aduis qu'il fust nauré
par les aiguillons de la volupte, tristesse,, ou autre
passion.* Philo l. cui titulus Τίς ὁ τῶν θείων κληρονόμος
C pag. 352. extremâ, ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τῷ παθῶν ἔθνει
πιεσθῆναι: βούλημα δὲ θεοῦ τὰ σύμφυλα κακὰ τῆς γένεσεως ἡμῶν
ἐπικουφίζειν, ὥστε κἂν ἡμεῖς ἐν ἀρχῇ τὰ οἰκεῖα πιεσθησώμεθα
ὁ θεὸς τὸ οἰκεῖον ἐργάσηται ἑαυτῷ, *necesse est mortalem
passionem turbâ opprimi: Dei autem voluntas est ea
mala subleuare, itaque etsi initio ea quæ nostra sunt
perpetiamur*, aut *malis quæ nostræ naturæ propria &
familiaria sunt præmamur, Deus tamen quod sibi pro-
D prium est faciet.* πιεσθῆναι est Aoristus primus pas-
siuus à πίεζομαι, quod dat futurum primum me-
dium πιέσομαι à verbo πιέζω, à quo etiam forma-
tur futurum primum subiunctiui passiui πιεσθή-
σωμαι: quod si leui literarum transmutatione
à πιέζω deriuare volueris, eodem res recidet.
*Noluimus tamen hæc inflexioni modorum inserere,
ne nimiæ nouitatis amatores videremur. Suum cui-
que his in rebus iudicium esto.*

De significatione verbi medij.

Verba media actiuè sumenda esse notauimus. Non desunt tamen exempla quibus passiuè etiam accipi demonstratur. Nazianze. 1. Apol. τοὺς πεπληγότας ἰάσομαι, *eos qui offensi fuerint medicabor* Pausanias, ἐν ὀστράκοις κατεαγόσι, *in testis fractis.* B Heliodorus lib. 6. χιτὼν κατερρωγὼς, *lacerata vestis.* Aristoteles 3. Phys. cap. 3. tex. 19. ἢ πᾶν τὸ κινοῦν κινήσεται, ἢ ἔχον κίνησιν οὐ κινήσεται, *aut omne quod mouet mouebitur, aut id in quo motus inest non mouebitur.* Plura notauit Budæus in commentarijs.

Cõtra videbis verba media actiuè sumi etiam in passiuis temporibus. Strabo lib. 1. initio, ὅμηρος ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς C πάλαι. *Homerus Poëtica virtute veteres omnes superauit.* Heliodorus lib 8. πολυπλόκους τὰς ἀρχὰς ὁ δαίμων καταβέβληται, *intricata initia numen posuit.* Demosthen. pro corona ὅσους ἢ πεῖσαι χρήμασιν ἢ ἐξαπατῆσαι ἐνῆν πάντας ἠυτρέπισται *quotquot aut pecunijs persuadere, aut decipere potuit instruxit.* Pausan. in Messanicis ἐκ τοῦ λακεδαίμονος δεδεγμένος δῶρα *cum accepisset dona à Lacedæmone* Heliodorus lib. 6. χλεύην ἐμὲ συνήθως πεποίηται *elle se ioüe ainsi ordinairement de moy.* D Ibidem, οὔπω ἠράσθης *nondum amasti.* ὅσην παλίρροιαν κακῶν καθ' ἐμοῦ πεποίηται, *quel flux & reflux de miseres as tu faict gloire de monstrer en mon endroict.* Reperiuntur exempla passim apud Lucianum & alios.

Quinetiam occurrent verba neutra in significatione passiua, vt μεταβάλλω *mutor* passim apud

A Aristotelem. Vide librum 5. Phys. & lib. 6. c. 5 tex. 46. itemque cap. 21. Syntaxeos. His adde ἄλωμαι & σβέννυμι de quibus in inuestigatione thematis.

Hanc insuper obseruationem adjungimus semel cudendam typis, ut illis satisfaciamus, qui crederent reperiri nomina primæ declinationis simplicium fœmini generis, adducti nonnullis locis auctorum, qualis hîc *Obseruatio.*
B *esse poßit Diui Basily lib 4 contra Eunomium in illud* Ego sum vitis, *ubi scribit* ἡ γὰρ κτίσεως φύσις, καὶ ἡ κτιστὴς θεότης εἰς ἓν καὶ ταὐτὸ οὐ συμβαίνουσι, creaturæ siquidem natura, & creatrix diuinitas in idem non concurrunt: *Sed in quo loco articulus fœmininus non iungitur cum nomine* κτιστὴς, *sed cum sequente* θεότης. *Dicitur autem* κτιστὴς θεότης, *eodem modo, quo apud Euripidem* τῆς πατροφόντου μητρὸς matris quæ
C patrem interfecit; *&* *apud Herodotum* ἐθελοντὴν τὴν Ἰὼ τοῖς Φοίνιξι συνεκπλεῦσαι Io spontaneam cum Phœnicibus nauigasse. *At in loco Homeri scribentis Odiss. α.* ὧ 41. πρεσβῆτιν εὐρύκλειαν puberem Eurycleam, *accusatiuus* πρεσβῆτιν *non venit à nominatiuo* πρεσβήτης ου, *sed à nomine* πρεσβῆτις *quod à* πρέσβυς *deducitur, ut recte obseruat Eustathius ad illum locum. Si quæ autem fides lapidibus & lapidicidis*
D *habenda foret, magis urgere videretur inscriptio, quam habet Grutterus pag. 59.* ΑΦΡΟΔΙΤΗι ΘΕΑι, ΠΑΝΑΓΑΘΩι ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙ, ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗι, VENERI DEÆ, OPTIMÆ ET SERVATRICI, ET BENEFACTRICI: *verum datiuus* θεᾷ *iungi debet cum* ἀφροδίτῃ, *&* *duo datiui* σωτῆρι *&* εὐεργέτῃ *hærent cum* παναγάθῳ, *suntque masculini generis, nullus enim dixerit* σωτῆρι *fœmininum esse. Vel si*

legere mauis cum alia distinctione, ἀφροδίτῃ θεᾷ πα- A
ναγάθῳ, καὶ σωτῆρι, εὐεργέτῃ, Veneri deæ optimæ, & seruatrici, & benefactrici, *tum θεὰ πανάγαθος dicetur more Atticorum qui communiter os accipiunt in compositis nominibus. Denique θεᾷ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ sunt substantiua continuata in diuerso genere, vt apud latinos flumen Rhenus, oppidum Antiochia. Hæc monitum lectorẽ volui, vt similia inter legendum obseruet.* B

Methodus breuis & facilis assequendæ & tradendæ Grammaticæ Græcæ.

Linguę Gręcę cupidos satis multos videmus et dolemus esse paucissimos, qui eam vt deceret amplectantur Grammaticæ difficultatibus ferè C
reuocantur omnes, & cum viarum ducem non habeant, carere malunt tam necessariâ linguâ, quàm ipsi laboribus extraordinarijs difficultates perrumpere. Huic malo longè lateque serpenti aliquà occurrendum est, & ostendendum non esse tantas linguæ Græcæ molestias, quantas plerique imaginantur. Quâ in re grauiter à duobus hominum generibus errore contrario D
peccatur.

Quidam enim sunt toti in Grammaticationibus: hinc decumanæ illæ Grammaticæ, nugis, tricis, puerorumq; terriculis refertissimæ, quas qui puer legere incipiet, nescio an senex absoluerit. Quando ergo auctores peruoluet? quando aliquid scribet? Præceptiones Grammaticæ strictim tradendæ sunt, eâ tamen breuitate quæ

A præcipua contineat; nec tamdiu adoleſcentes remoretur in ijs, quę aut rarò aut vix vnquam, occurrent: vbi quis ſibi libros familiares reddiderit, ſatis multa vtiliter & iucundè per ſe notabit. Præſtat interdum impingere iter conficiendo, quàm deſidem remanere inquirendo quot lapides, cæſpites, foſſæ, & cætera id genus occurſura ſint. Quanquam intrepidè affirmare
B poſſim, vix vllam eſſe regulam alicuius momenti, quæ hoc noſtro libello, quem ita ſtrictum vides, non comprehendatur: imo multa obſeruantur in eo, quæ apud vulgus Grammaticorum minimè reperias; quod quâ ratione fieri poſſit, iudicio prudentum relinquere malo.

Alij contrà præcepta Grammaticorum deſpiciunt, quaſi rem nimis abjectam aut facilem
C autumantes: itaque ſtatim aggrediuntur auctores legere, & vbi plures annos hoc agendo malè conſumpſerint, tandem deprehendunt, ſe & Grammaticen ignorare, & quæ legunt non intelligere. Meminerint illi ſapienter à Philoſopho dici, fruſtrà ſimul quæri ſcientiam & modum ſciendi: cognitionem linguæ Grçcæ ſcientiam arbitramur, Grammaticam vero modum
D & viam, quâ ad finem optatum peruenitur. Hunc modum ſtrenuè ſibi comparent, & ingentes Grammaticarum indices, quibus ſe breui doctos fore confidunt non ita auidè requirent.

Eſt igitur dandum Grammaticæ quantum ſufficit temporis & ſtudij: eius præceptiones diligenter animo concipiendæ, & hoc breuiſſimum & tutiſſimum compendium eſſe depre-

hendetur. Verum aliter hac in re pueri, aliter A
autem iudicio & prudentiâ præditi, se gerent.

Pueri iudicio minimum, memoriâ plus valét: & quia prudentię illorum nihil committendum est, curandum vt ex memoriâ cuncta recitent fideliter. Ac principio quidem ordine cõtinuo exigendæ lectiones: post, vbi altius memoriæ pręcepta hęserint, ordinis habenda ratio non
erit, sed modo à nominibus ad verba, & ab vna B
voce in aliam transeundum erit. Hic petendus modus actiuæ, mox passiuæ, aut mediæ vocis; iam omnes Aoristi exigendi; aut futura omnia, vel omnium vel singularum vocum, & sic de cęteris. Hoc assequétur facile, sumptis in hanc exercitationis rationem exemplis nominum & verborum, quæ passim reperient in Gramma-
tica. Curent ergo Magistri, vt absque libro C
describant aliquam regularum partem, eam puta quæ ad Aoristos, futura, & similia tempora pertinet, vel modum aliquem integrum. Quod vbi scripserint, ipsi pro suo ingenio examinent, exigant à se rationem omnium: demum vbi nihil amplius suggeret memoria, Magistrum, vel se doctiorem & peritiorem
adeant consulturi, qui si desit, aperiant Gram- D
maticam, & videant in quo defecerint. Hac ratione deprehendent præceptores quantum breui spatio proficient Scholastici, qui mirâ facilitate rationẽ omnium reddent, & prompto animo pergent vlterius. Mutuam verò industriam acuent, si tres ad summum conjugantur, vt seorsim quæ iussi fuerint describant, & descripta socio communicent examinandæ

A fit enim nefcio quo modo vt alienos errores facilius & celerius quàm noftros agnofcamus. Ne verò pueri multa fuo more turbent, videat Magifter an & quo modo in chartâ ponant quod ab eis requiritur, vel ipfemet fcribat hunc titulum. Regulæ Aorifti primi actiuæ vocis. Optatiuus medius integer verbi τύκω cętera ipfi Scholaftici fubijcient. Quia enim ad ea quæ
B dicuntur vix pueri attendunt, aliud omninò reddunt ab eo, quod propofitum fuerat, & putabam, inquiunt, te hoc petiffe, & τίκω fcribi per ι, aut τύκω per υ, & mille eiufmodi deliria; quibus obuiam itur, fi ante oculos emendatè habeant partem quam affignat Præceptor, aut ipfi fibi fumunt. Hæc verò & fimilia generis eiufdem vt alacri animo fufcipiant, inuitari debent,
C maximè laude, pręmiolis, priuilegio, aut re quâ magis capi deprehendentur.

Qui iudicio valent, non ita fe verbis aftringant; intelligant regulas, ordinem teneant, & nouerint vbi fingula contineantur, vt fi opus fuerit locum adire poffint. Defcribant initio verba quædam, regulas, & cætera eiufmodi, de quibus fuprà; vt præceptiones firmius retineāt.
D Quantum vero temporis ijs rebus dandum fit, certò tradi non poteft: crediderim tamen hominem tardiffimo ingenio fore, nifi intra menfem (modo huic vni rei det operam) Grammaticam didicerit. Nec verò exiftimet, qui Græcè aliquid fcire defiderat, hoc tempus nimium effe: experientia docebit quantam temporis iacturam faciant, qui Grammaticæ ignari libros ftatim adoriri volunt.

Quoniam pro rudiorum captu adhuc faciliorem viam requirent Magistri, quæ dicam sedulò animaduertant. Seligant ex suorum numero decem, vel summum duodecim pręcipui ingenij adolescentes, bene erga literas Græcas animatos; hos priuatâ diligentiâ binos aut ternos seorsim excolant, vbi satis parati videbuntur, præficiantur singuli quinque aut sex condiscipulis, qui Magistri iudicio non mediocriter proficere poterunt: eorum munus sit audire memoriter regulas depromentes, interpretãtiones exigere, videre an emendatè dictata scripserint, & ea denique, de quibus suprà, exequi. Hac viâ multi cum fructu docebuntur: quod nisi caueat Præceptor, nullo operę pretio inani se labore consumet: pueri siquidem vix vnquam in tanto numero sibi quæ necessaria sunt applicabunt, nisi alicujus ductu regantur.

Sed ecce tibi non minor difficultas occurrit in paradigmatis Nominum & verborum, quæ nisi multa & bene longa habeantur, vix credunt posse pueros, vel leuiter saltem, Græcis literis imbui. Ego certé vnum satis esse existimo (cujus exactissimam recitationem industrius Præceptor commendet & procuret) nec majorem vtilitatem ex pluribus colligi posse. Breuitate vtendum est potius, & vrgendæ tantùm initio terminationes, hoc modo. Prima declinatio, puta, docenda est; proponatur ὤχριας *pallidus*: puer hanc vocem non retinebit, & in singulis casibus obliuioné prætexet, aut nescio quid monstri effinget. Vt Magister molestijs, quæ inde orirentur, obuiam eat; proponat tan-

A tum vltimam ſyllabam, & dicat, inflecte mihi
ας, puer ſatis promptè ſe expediet hac voculâ,
& omnes caſuum terminationes dabit. Idem
in ſingulis declinationibus, etiam contractis,
præſtandum. Verba quoque eodem modo
tractanda ſunt, & illa tantùm ſyllaba traden-
da, quæ figuratiuam temporis contineat.
Hæc via multum facilis & breuis, quæ paucis
B ſyllabis altè puerorum mentibus quęlibet ver-
ba infigat. Exemplis rem totam illuſtremus,
Proponat Mag ſter ψω, ψα, φα, πον, ξα, ξω, χα,
ξαίμην, ξάμην, ψάμαι, & ſic de cęteris; quilibet
mediocris ingenij facilè reliquas terminationes
decurret, pręſertim ſi moneatur de tertia duali
& plurali, in qua ſępius errare ſolent.

Eadem methodus in circunflexis retinenda
C eſt, vt nimirum ſola litera tradatur quę figura-
tiuam præcedit; puta ex verbis, *ῥινηλατέω indago*,
ἀπατάω decipio, *φεψαλόω comburo*, habeat tantum
ante oculos τέω, τάω, λόω, non multùm in ijs
inflectendis laborabit. Cur autem ſic facien-
dum cenſeam, vel hæc vnica ratio eſt, quia
literæ præcedentes ſemper retinendæ ſunt, &
figuratiua traditur, in qua poteſt aliquid diffi-
D cultatis contineri, vt quiuis ſatis intelligit.

Nec eſt quod aliquis objciat exemplorum
barbariem: nam in exemplis non tam veritas
quàm manifeſtatio rei quęritur. Inſuper vera
exempla paſſim toto hoc libro continentur,
vnde quando ſeriò agendum erit, deptomen-
tur; & Magiſter tempus integrum, aut rectum
nominis proponendo vltimam ſyllabam reti-
nebit vt commodius rudiores iuuentur.

At inquies, quando aliæ regulæ tradentur? Suo tempore & loco. Nam ex quatuor literis, in quibus tota difficultas versatur, iam duæ docebuntur. Ad hæc, omnia simul, pueris maximè, obtrudi non debent. Augmenta retineri poterunt, ut ἠπάτων ab ἀπατάω, dicant ητων ex ἐψάλλον, ελλον: & sic de alijs. Penultima tractabitur quando iudicium maturescet. Vbi terminationes bene notas habebunt Scholastici, satis promptè cætera decurrent. A B

Tempora duobus modis rimanda aut inuestiganda sunt, ordine recto nimirum, & retrogrado. Rectus est, quando à themate per tempora vnde vox assignata formari debet, descenditur. Petitur, exempli causâ, Aoristus primus Participij passiuę vocis verbi φθείρω? Vbi hanc quæstionem fideliter scripserit, aut retinuerit, qui interrogatur; statim ad futurum primum actiuum descendat, ab eo ad perfectum actiuum recurrat, inde ad passiuum, tum ad Aoristum primum indicatiui passiui, & quia ab Indicatiuo cæteri omnes modi & participia dependent, statim occurret φθαρθεὶς. Ordo retrogradus est, quando ab assignato tēpore sensim ascendimus ad thema, hoc modo: φθαρθεὶς venit ab ἐφθάρθην, istud ab ἔφθαρται, hoc ab ἔφθαρκα, & ἔφθαρκα à futuro φθερῶ, ac tandem istud futurum à pręsenti φθείρω. Exigantur autem regulę singulorum, in vtroque rimandorum temporum ordine, quo firmius hęreant animis iuuentutis. C D

Hoc loco pueros turbat nimia festinatio, quâ vtrumque terminum sine medio connectere volunt. Sed vbi superiora retinuerint, & in ijs

A ſe aliquantum exercuerint, non hærebunt in aſſignandis temporibus verborum, quæ inter legendum occurrent, aut quibus in compoſitione indigebunt.

Obmißion, pag. 15. l. derniere.

Monet tamen Euſt. ad ✠. 231. *Il.* μ. *nomina* *Obſer-*
B *propria maſculina in* μας *formare vocatiuum per* α *uatio.*
Vt πολυδάμας, πολυδάμαντος, ὦ πολυδάμα: ἀκάμας, ἀκάμαντος, ὦ ἀκάμα.



INDEX EORVM QVÆ IN HAC GRAMMATICA CONTINENTVR



A

COMPENDIVM REGVLARVM.

B Declinationes nominum simplicium quinque.

1. PRIMA est masculinorum in ας, ὁ ταμίας, & in ης, ὁ φιλήτης. Genitiuus in ου, Datiuus in ᾳ vel ῃ diphthongum, Accusatiuus in αν vel ην, Vocatiuus in α vel η, secundum terminationem nominatiui.

2. Dualia & pluralia sequuntur terminationem articuli fœminini.

C 3 Vltima datiui singularis declinationum parisyllabicarum, est diphthongus impropria, ᾳ, ῃ, ῳ.

4. Attici in omni declinatione vocatiuum formant similem nominatiuo.

Exceptiones.

D 1. Nomina quædam in ας faciunt genitiuum in ου & α, vt Πυθαγόρας: quędam verò in α tantum, quæ vltimam nominatiui circunflectunt, vt Θωμᾶς.

2. Nomina in της faciunt vocatiuum per α breue, vt ὁ τοξότης: Gentilia, ὁ Σκύθης: Poëtica in της ὁ κυνώπης: quibus adde λάγνης: ὦ τοξότα, Σκύθα: κυνῶπα, λάγνα. Item composita ex verbis μετρέω, πωλέω, τρίβω.

A

1. SECVNDA declinatio est fœmininorum in α, μοῦσα, & in η, τιμή. Genitiuus in ης, Datiuus in ῃ diphthongum, Accusatiuus in αν vel ην, Vocatiuus similis est nominatiuo.

2. Dualis & pluralis vt in prima declinatione.

Exceptiones.

1. Finita in δα, θα, ρα, & α purum, faciunt genitiuum in ας, & datiuum in ᾳ diphthongum vt Λήδα, ἄκανθα, ἡμέρα, φιλία, ας, ᾳ. B

α purum dicitur quod non subsequitur consonãtem.

2. Nomina quę in omnibus casibus circunflectuntur, fiunt per contractionem à nominibus in άα, έα, ύη, & όη: vt μνᾶ, ἀργυρᾶ, σιδηρᾶ, χρυσῆ, ἁπλῆ. *Vide pag. 9. Grammaticæ.*

C

. TERTIA complectitur masculina, fœminina, & communia in ος, ὁ λόγος, ἡ ὁδὸς, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος: & neutra in ον, τὸ μῆλον Vocatiuus est in ε.

2. Cæteri casus & numeri sequuntur terminationem articuli masculini & neutri.

3. Neutrorum tres casus similes, nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes, pluraliter autem semper exeunt in α. D

4. Adiectiua tertiæ declinationis habent masculinum in ος, fœmininum in η, neutrum in ον: ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλόν.

Exceptiones.

1. Masculinum in ος purum aut ρος, habet fœmininum in α: vt ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον.

A *Excipe* ὄγδοος, χρύσεος, *& cætera, quorum fœmininum est in* η, ὀγδόη: *Vide pag.* 10. *D.*

2. Attici ος communiter accipiunt maximè in compositis & deriuatis: ὁ καὶ ἡ κόσμιος, καὶ τὸ κόσμιον.

3. Neutra quędam abijciunt ν, vt αὐτὸ, ἐκεῖνο, &c.

Contractiones 3. declinationis.

B

Plurima nomina in εος & εον, οος & οον, contrahuntur in omnibus casibus: vt ὁ χρύσεος, χρυσοῦς: τὸ ὀστέον, ὀστοῦν: ὁ νόος, νοῦς: ἁπλόον, ἁπλοῦν, όυ, ὖ, &c.

Quæ desinunt in εος *ante contractionem accentum habent in antepenultima, post contractionem verò vltimam circunflectunt.*

C

---

1. QVARTA est Atticorum vertentium vocales præcedentis declinationis in ω. Continet verò masculina, fœminina & communia in ως, vt ὁ λεὼς, ἡ ἅλως, ὁ καὶ ἡ ἔυγεος: & neutra in ων, τὸ ἔυγεων. Excipe τὸ χρέως.

2. Neutra in plurali habent ω, τὰ ἔυγεω.

D

---

1. QVINTA declinatio imparisyllabica complectitur omnia genera & terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuum superat exiens in ος, Datiuus in ι

2. Dualis nominatiuus ε, Genitiuus οιν, Pluralis nominatiuus ες, Geniriuus ων, Datiuus σι, Accusatiuus ας.

3. Neutrorum Plurale exit in α.

Accusatiuus. A

4. Accusatiuus singularis exit in α, τὸν πτᾶνα.

Exceptiones.

1. Nomina in ις per ι, & υς per υ, quorum genitiuus in ος purum, faciunt accusatiuum per ν, vt ὁ ὄφις, εως, ὄφιν: ὁ βότρυς, υος, βότρυν.

2. Barytona in ις & υς declinata non purè sortiuntur vtramque terminationem: ἡ ἔρις, ιδος, τὴν ἔριδα & ἔριν: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, , υδος, νήλυδα & νέηλυν. At κλεὶς clauis, κλεῖδα & κλεῖν: & in plurali κλεῖδας & κλεῖς. B

Acuta vero habent accusatiuum in α tantùm: ἡ ἐλπὶς, ἡ χλαμύς.

Ea nomina dicuntur Barytona seu grauitona, quæ non habent accentum in vltima nominatiui. Acuta verò dicuntur quæ vltimam nominatiui acuunt. C

3. Monosyllaba circunflexa in αυς, & ους, habent accusatiuum mutato ς in ν: vt ἡ ναῦς, ναῦν: βοῦς, βοῦν.

Vocatiuus.

5. Vocatiuus idem cum nominatiuo. D

Exceptiones.

1. Flexa per ντος ablato τος formant vocatiuum: ὁ λέων, λέοντος, ὦ λέον. Participia tamen vocatiuum habent similem nominatiuo: ὁ τύπτων, ὦ τύπτων.

2. Adiectiua in εις & ην, quorum neutrum per εν, habent vocatiuum per εν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα. τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν: ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν, ὦ τέρεν,

3. Grauitona in ηρ hebent ερ: ἡ μήτηρ, ὦ μῆτερ.

A 4. Acuta in ηρ vocatiuum faciunt similem nominatiuo : ὁ χαρακτὴρ, ὦ χαρακτὴρ : Exceptis quatuor, πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ, quę vocatiuum habent in ερ, retracto accentu in penultimam, ὦ πάτερ, &c.

5. Diphthongi ευς & ους deponunt σ : ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ : ὁ βοῦς, ὦ βοῦ. Pręter πούς & ὀδούς, ὦ πούς & ὀδούς.

B 6. Nomina in ις & υς quorum genitiuus in ος purum reijciunt ς : ὦ ὄφι, βότρυ. At declinata non puré vocatiuum formant similem nominatiuo : vt ἡ ἐλπὶς, ίδος, ὦ ἐλπὶς : ὁ καὶ ἡ γένηλις, ὦ γένηλις, ποῦς tamen habet ὦ ποῦ.

7. Barytona in ας, ανος : ωρ, ορος : ων, ονος : ablato genitiui ος faciunt vocatiuum accentu in penultimá : ὁ μέλας, ανος, ὦ μέλαν : ὁ αὐτοκράτωρ, ορος, C ὦ αὐτοκράτορ : ὁ αἰδήμων, ὦ αἴδημον. Sic composita ex φρὴν *mens*, δαΐφρων *bellicosus*, ὦ δαΐφρον.

8. Composita quædam polysyllabica in ων faciunt vocatiuum per ον accentu retracto in antepenultimam : ὁ ἀπόλλων, ὦ ἄπολλον. Idem compartiuis accidit, ὁ βελτίων, ὦ βέλτιον : & compositis à δαίμων *genius*, κακοδαίμων *miser*, ὦ κακόδαιμον.

D

Datiuus pluralis.

1. Datiuus pluralis fit à singulari, posito σ ante ι, τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι.

2. Literæ δ, θ, ν, τ, sunt reijciendæ à datiuo singulari : λαμπάδι, λαμπάσι.

Exceptiones.

1. Nomina quorum datiuus singularis est in οντι habent datiuum pluralem ουσι : λέοντι, λέουσι.

2. Datiuus ſingularis in ενι, facit datiuum A
pluralem in εισι: πλήνι, πλεῖσι.

In alijs vocalis anceps quę in datiuo ſingulari producebatur poſitione, hîc in plurali habetur longa, ἱςᾶνι, ἱςᾶσι.

Cum vocalis eſt ante duas conſonantes dicitur produci poſitione.

3. Quæ exeunt in ξ, ψ aut diphthongum, ad-
jectione ι faciunt datiuum pluralem: vt ἄρπαξ, B
βασιλεύς. Sed υἱεὺς *filius*, δρομεὺς *curſor*, οὖς. ὠτὸς, *auris*; πὺς, ποδὸς, *pes*; habent υἱέσι, δρομέσι, ὠσὶ, ποσί.

4. Illa in ηρ quę ſyncopen patiuntur, datiuum pluralem faciunt in άσι: ὁ πατὴρ, τοῖς πατράσι.

Quinque patiuntur ſyncopen, πατὴρ, μήτηρ, γαςὴρ *in genitiuo & datiuo ſingulari tantum:* ἀνὴρ *vero &* θυγάτηρ *etiam in cæteris caſibus.*

C

Contractiones quintæ declinationis.

1. Nomina in ις, quorum genitiuus υος, contrahuntur in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus, ſemper facta craſi in υ: οἱ βότρυες, βότρυς: τοὺς βότρυας, βότρυς.

2. Acuta in ὶς per έος, craſin patiuntur in dati-
uo ſingulari, nominatiuo, accuſatiuo, & voca- D
tiuo pluralibus: τῷ ἡδέϊ, ἡδεῖ: οἱ ἡδέες, ἡδεῖς: τοὺς ἡδέας, ἡδεῖς. Neutra vero non contrahuntur in numero plurali, τὰ ἡδέα tantum.

ἥμυσις, πῆχυς, *&* πέλεκυς *ſequuntur eaſdem contractiones.*

3. Neutra in υ, τοῦ εος, contrahuntur in datiuo ſingulari: τῷ ἄστεϊ, ἄστει: & in nominatiuo, & accuſatiuo, pluralibus; τὰ ἄστεα, ἄστη.

A 4. Imparisyllabica in ους contrahuntur in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo numeri pluralis : βόες, βοῦς : βόας, βοῦς.

5. Comparatiua in ων contrahuntur in accusatiuo singulari communis generis, & in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo pluralibus, in omni genere : τὸν ϗ τὴν κρείττονα vel κρείττω : οἱ ϗ αἱ κρείττονες vel κρείττους : τοὺς ϗ τὰς κρείττονας vel κρείττους :
B ϗ τὰ κρείττονα vel κρείττω.

ADIECTIVA QVINTÆ DECLINATIONIS.

C Cõmune	ην	Neutrũ	εν	ἄρσην	τὸ ἄρσεν
	ων		ον	εὐδαίμων	τὸ εὔδαιμον
	ις		ι	εὔχαρις	τὸ εὔχαρι
	υς		υ	ἄδακρυς	τὸ ἄδακρυ
	ους		ουν	πολύπους	τὸ πολύπουν
	ης		ες	ἀληθὴς	τὸ ἀληθές

Mas.	ας		αιρα		αρ	μάκαρ, μάκαιρα, μάκαρ
	αρ		αινα		αν	μέλας, μέλαινα, μέλαν
	εις	Fœm.	εσσα	Neut.	εν	χαρίεις χαρίεσσα χαρίεν
	ὺς		εῖα		υ	γλυκὺς γλυκεῖα γλυκύ.

At τέρην facit τέρεινα, τέρεν: & πᾶς, πᾶσα, πᾶν

D *Superioribus Adiectiuorum terminationibus non comprehenduntur participia.*

GRADVS COMPARATIONIS.

Comparatiuus in τερος, superlatiuus in τατος. Ex ος pręcedente vocali longa, vel ancipiti, fit ότερος & ότατος per ο vt ἔνδοξος : alioqui si præit breuis, fit ώτερος & ώτατος per ω, vt σοφός.

	τερπνὸς	τερπνότερος	τερπνότατος A
ος	πρᾶος	πραότερος	πραότατος
	σοφὸς	σοφώτερος	σοφώτατος
ους	ἁπλοῦς	ἁπλούστερος	ἁπλούστατος
ων	σώφρων	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος
ας	μέλας	μελάντερος	μελάντατος
εις	χαρίεις	χαριέστερος	χαριέστατος
υς	εὐρὺς	εὐρύτερος	εὐρύτατος
ης	ἀληθὴς	ἀληθέστερος	ἀληθέστατος. B

Terminata in *ος* variè formant comparationem: quædam enim faciunt *ίων*, *ιστος*: alia *αίτερος*, *αίτατος*; vel *έστερος*, *έστατος*: aut *ίστερος*, *ίστατος*: vt *ὄλβιος beatus*, *ὀλβίων*, *ὄλβιστος*: *ἀνιαρὸς*. *ἀνιαρέστερος*, *ἀνιαρέστατος*: *& alia quæ tu consulas*, *pag.* 23.

Nonnulla in *υς* habent etiam *ίων*, *ιστος*, *βαθὺς*, *βαθίων*, *βάθιστος*, *pag.* 24.

Comparatio fit etiam ex substantiuis, genitiuo verbis, aduerbijs, participijs, & præpositionibus: vt *ἄλγος molestia*, *ἀλγίων molestior*, *ἄλγιστος*: *πρὸ*, *πρῶτος*, *πρώτιστος*, etiã apud Oratores. *V. p.*25. C

VERBALIA.

1. Deducuntur à præsenti, vt à *νικάω ἡ νίκη*. D
2. Ab Aoristo secundo ablato augmento, ab *ἔφυγον ἡ φυγή*.
3. Proficiscuntur etiam à tribus personis perfecti passiui,

A prima persona fiunt finita in	*μα*	*τὸ πρᾶγμα*	à *πέπραγμαι*
	μη	*ἡ στιγμὴ*	ab *ἔστιγμαι*
	μων	*ὁ μνήμων*	à *μέμνημαι*
	μος	*ὁ ψαλμὸς*	ab *ἔψαλμαι*.

A

A secūda persona veniunt finita in	ις	ἡ λέξις	à λέλεξαι
	ιος	θαυμάσιος	à τεθαύμαται
	μος	πόσιμος	à πέποται
	ια	ἀκρισία	à κέκρισαι
A tertia persona fiunt terminata in	της	ὁ ποιητὴς	à πεποίηται
	τηρ	ὁ χαρακτὴρ	à κεχάρακται
	τηριον	τὸ ποτήριον	à πέποται
	τρον	τὸ δίδακτρον	à δεδίδακται.

B Ab hac persona formantur etiam finita in τος, τις, τωρ, τήριος, τηρια, τρια, τρις, τειρα, τρος, τρα: & illa in τέον quę tanquam gerundia sunt, γραπτέον à γέγραπται. *Vide pag. 26 D.*

4. Fiunt etiam ex præterito medio, vt λόγος à λέλογα: & à Participio, vt ὀσία ab ὄσα.

C

DECLINATIONES CONTRACTÆ.

Regulæ ad faciliorem earum intellectum.

1. Quoties genitiuus singularis contrahitur, toties accusatiuus singularis, item genitiuus dualis & pluralis contrahuntur, *Vt in 1. declinatione.*

D

2. Si genitiuus singularis non contrahitur, nec accusatiu⁹ singularis, nec genitiui duales & plurales contrahentur, *Vt in 2. & 3. declinatione.*

3. εε & εα sequēte σ, semper contrahuntur in ει.

4. εε & εα non sequente σ, contrahuntur in η: *Contracta primæ declinationis quæ in ης purum desinunt, habent accusatiuum per α vel η:* εὐφυὴς, εὐφυῆ *vel* εὐφυᾶ.

Datiuus pluralis nunquam conrahitur.

6. Nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus plurales semper contrahuntur (& voce conueniunt) præterquam in quarta declinatione. A

PRIMA declinatio contractorum est masculinorum, fœmininorum, & communium in ης: ὁ δημοσθένης, ἡ τριήρης, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς: & neutrorum in ες à communibus in ης, τὸ ἀληθὲς: at neutra in ος sunt tantum substantiua, τὸ τεῖχος: Quorum omnium genitiuus desinit in εος. B

SECVNDA declinatio est masculinorum & fœmininorum in ις, ὁ ὄφις, ἡ πόλις: & neutrorum in ι, τὸ σίνηπι. Genitiuus in εως.

TERTIA declinatio complectitur sola masculina in εὺς, ὁ νομεύς. Genitiuus per εως.

QVARTA est fœmininorum in ω, vel ως, ἡ μιμὼ, ἡ αἰδὼς. Genitiuus in οος, ους: Datiuus οϊ, οῖ: Accusatiuus όα, ὼ: Vocatiuus οῖ. C

2. Dualia & pluralia, vt in tertia simplici declinatione.

QVINTA declinatio continet neutra in ας purum & in ρας: τὸ κρέας, τὸ γῆρας. Genitiuus communis ατος, Ionicus αος, ex quo fit crasis Attica.

Breuis & facilis methodus coniugationum Græcarum. D

Obseruandæ sunt quatuor literæ, de quibus regulæ omnes necessariæ traduntur, PRIMA nimirum, PENVLTIMA, FIGVRATIVA, & VLTIMA.

Prima est eadem cum augmento, de quo inferius: vt ε in ἔτυπτον.

A Penultima est vocalis, aut diphthongus, precedens figuratiuam, vt υ in τύπτω.

Figuratiua, quæ & characteristicon dicitur, est litera per quam coniugationem formamus, aut tempora, vt α in δράω, π in τύπτω. *Nam in terminationibus πτω, κτω, μνω, prior consonans est figuratiua, nempe π, κ, μ.*

Vltima est terminatio, seu id omne quod po-
B nitur post figuratiuam, vt ω in τύπτω, δράω.

Figuratiuæ verborum sunt istæ,

Primæ coniugationis β, π, φ, πτ: Futuri ψ: Præterito φ.

Secundę coniugationis γ, κ, χ, κτ: Futuri ξ: Pręteriti χ.

Tertiæ coniugationis δ, τ, θ,: Futuri ζ: Præteriti κ.

C Quartæ coniugationis ξ, duplex σσ, vel ττ Atticè: Futurum habet ξω, Præteritum χα, vt in secunda coniugatione: vel Futurum σω, Præteritum κα, vt in tertia.

Quinta habet λ, μ, ν, ρ: Futurum λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ: Pręteritum κα.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicuntur immutabiles, quod in futuro quintæ coniugationis non mutentur, sed
D *permaneant vt in præsenti.*

Sexta desinit in ω purum. Eius figuratiuę sunt omnes vocales præter η, omnes diphthongi propriæ, & vna improptia ῳ: Futurum in σω: Præteritum in κα.

A

ACTIVI INDICATIVI

PRÆSENS.

1. Numeri tres vt in nominibus: perſonæ totidem.
2. Prima pluralis in μεν excludit primam dualem. B
3. Secunda & tertia dualis ſunt pares, quando tertia pluralis exit in ι aut αι: alioqui impares.

Imperfectum.

Datiuis pluralibus, aut perſonis in ι deſinentibus, additur ν ſequente vocali: τύπτουσιν αὐτόν. Sic tertijs perſonis in ε, ἔτυπτεν ἐκεῖνος. C

DE AVGMENTO.

AVGMENTVM duplex, ſyllabicum & temporale.

1. SYLLABICVM eſt cùm verbum à conſonante incœptum aſſumit ε in principio imperfecti, creſcente videlicet numero ſyllabarum, τύπτω, ἔτυπτον. D
2. Compoſita ex particula δυς, ſequente conſonante augentur initio, δυσχεραίνω, ἐδυσχέραινον: at ſequente vocali mutabili in medio, δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν.
3. Litera ρ propter ſyllabicum augmentum geminatur: ῥίπτω, ἔῤῥιπτον.

A 4. Apud Atticos ſyllabicum augmentum vertitur in temporale, ἔμελλον, ἤμελλον.

TEMPORALE augmentum eſt eorum verborum, quæ incipiunt à vocali aut diphthongo mutabili. Nam vocalium ac diphthongorum quædam dicuntur mutabiles, quod mutantur in augmentis, quædam immutabiles quod non mutentur.

B

Vocales mutabiles tres: immutabiles quatuor:

α	in	η	ἀνύω	ἤνυον	η	ἠχέω	ἤχεον
ε	in	η	ἐγγίζω	ἤγγιζον	ι	ἱδρόω	ἵδροον
ο	in	ω	ὀπάζω	ὤπαζον	υ	ὑαλίζω	ὑάλιζον
					ω	ὤθω,	ὦθον

Exceptiones.

C 1. Vocalem ε plurima verba non in η mutant, ſed augent addito ι: ἔχω, εἶχον: ἕλω, εἷλον, &c. *At* ἑορτάζω *habet* ἑώρταζον. *Vide pag.* 46. A.

2. Quibuſdam incœptis ab ο vel ω pręteritum Atticum pręfigit ε ſeruato ſpiritu præſentis: ὁράω, ὥρων, ἑώρων, ὥρακα, ἑώρακα: ὄιγω, ᾦγα, ἔῳγα.

Diphthongi mutabiles tres: immutabiles tres.

D αι	in	ῃ	αἴρω	ἦρον	ει	εἴργω	εἷργον
αυ	in	ηυ	αὐλίζω	ηὔλιζον	ευ	εὐωχέω,	εὐώχεον
οι	in	ῳ	οἰκίζω	ᾤκιζον	ου	οὐείζω	οὔειζον.

Exceptiones.

1. Diphthongum οι quædam verba non mutant: οἰμώω, οἴμων, &c.

2. Diphthongus ει tranſit interdum Atticè in ῃ, εἰκάζω, ᾔκαζον: & ευ in ηυ, εὕδω, ηὗδον.

3. Compoſita ex particula εὐ ſequente voca- A
li mutabili communiter augentur in medio, εὐορκέω, εὐώρκουν: ſequente conſonante non augentur, niſi fortè in ευ apud Atticos, εὐμυθίζω, εὐμύθιζον, Atticè ηὐμύθιζον.

---

1. Verba compoſita ex præpoſitionibus habent augmentum poſt præpoſitionem, cuius B
vltima vocalis abijcitur: παραμυθέω, παρεμύθουν.
2. Quod ſi verbum incipiat ab aſpirata vocali, prępoſitio mutabit ſuam tenuem conſonantem in aſpiratam: καθάπτομαι ex κατὰ & ἅπτομαι.

Exceptiones.

1. Περὶ & πρὸ vltimam vocalem non abijciunt; C
περιέχω, προάγω.
Præpoſitio πρὸ frequenter & eleganter contrahit οε in ου, ſpiritu leni notato: προέτρεπον, προύτρεπον.
2. Quædam augentur initio præpoſitionis, ἀφεύω torreo, ἤφευον: quædam vtrinque, ἀνέχομαι, ἠνειχόμην.
At κατηγορέω habet κατηγόρηκα ſine augmento.
D

Præteritum perfectum.

1. Vltima præteriti perfecti eſt α, τέτυφα.
2. Quod ad PRIMAM attinet ſi verbum incipit à vocali aut diphthongo, idem eſt initium perfecti & imperfecti: ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα.

Exceptio.

Attici quorumdam inchoatorum ab ε, ι, & α

A breui, pręterito communi omnium vocum pręfigunt duas priores literas pręsentis ἐείζω, ἤεικα, ἐρήεικα.

Corripitur autem huius Attici pręteriti tertià syllaba, si trium syllabarum numerum excesserit hoc modo:

B Vertitur	η in	ε	ἀλήθω	ἤληκα	ἀλήλεκα.
	ω in	ο	ἐρωτῶ	ἠρώτηκα.	ἐρηρότηκα.
	ει in	ι	ἀλείφω	ἤλειφα	ἀλήλιφα
	ευ in	υ	ἐλεύθω	ἤλευθα	ἐλήλυθα
	οι in	ο	ἑτοιμάζω	ἡτοίμακα.	ἐτητόμακα.
	ου in	υ	ἀκούω	ἤκουκα	ἀκήκοα:

At ἐρείδω, ἤρεικα, habet ἐρήρεικα, vt differat ab ἐρήεικα verbi ἐείζω.

3. Idem quoque est initium perfecti & imperfecti si modo ε augmentum syllabicum fuerit

C positione longum, nempe ante duas consonantes aut duplicem ζ, ξ, ψ: σπείρω, ἔσπαρκα: ζέω, ἔζεκα: ψάλλω, ἔψαλκα.

Hæc vero contra regulam repetunt primam consonãtem pręsentis, μνάομαι cum suis, μνηστεύω, πτάομαι, πτόω: μέμνημαι, μεμνήστευκα, πέπτωκα.

4. Quod si ε sit breue, aut anceps, iam in pręterito perfecto reperitur prima consonans prę-

D sentis τέτυφα, γέγραφα.

Ancipitem hic dico vocalem quam sequitur muta cum liquida.

Exceptiones.

1. Quæ ab aspiratis incipiunt pro repetendis aspiratis substituunt tenues: θύω, τέθυκα.

2. Quorum principium γν aut γρη, non repetunt primam consonantem: γνόω, ἔγνωκα: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα. *Quibus adde* καλλιγλωττίζω.

Apud Atticos euphoniæ causâ remouetur prima consonans præteriti: vt ἐϐέϐλευκα pro βεϐέϐλευκα. Vide pag. 52. C. A

Attici interdum pro incremento λε & με ponunt ει diphthongum: λείϐω, λέληφα, εἴληφα.

4 Quędam etiam duplex habent augmentum: παροινέω, πεπαρῴνημαι.

5. PENVLTIMA perfecti & futuri eadem: τύψω, τέτυφα. B

Exceptiones.

1. Perfecto Attici penultimam ε dissyllaba primæ & secundæ coniugationis vertunt in ο: πέμπω, πέπομφα.

2. Dissyllaba quintæ coniugationis ε penultimam futuri mutant in α: στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα.

3. Immutabiles λ & ρ manent in præterito vt in futuro: ἔψαλκα, ἔσπαρκα. C

4. Ν vertitur in γ, φαίνω, φανῶ, πέφαγκα. Μένω tamen facit μεμένηκα.

5. Dissyllaba in είνω, ίνω ύνω abijciunt ν: κτείνω, ἔκτακα: κρίνω, κέκρικα: πλύνω, πέπλυκα.

6. Μ seruatur quidem sed asciscitur η: νέμω, νενέμηκα. At δέμω, δέδμηκα, κάμνω, κέκμηκα.

Plusquamperfectum. D

1. A perfecto deducitur conuerso α in ειν.

2. In fronte sumitur ε si perfectum incipit à consonante, τέτυφα, ἐτετύφειν: alioqui idem est principium ἦνυκα, ἠνύκειν.

Exceptiones.

1. Tertiam pluralem Atticus effert per εσαν: elidendo

A elidendo subjunctiuam ι, ἐπεπύφεισαν.

2. Est quandoque hoc tempus contentum augmento perfecti, δεμήδομαι, πεδεμήδωτο.

3. Atticum plusquam perfectum temporaliter initio augetur: ἀγήγερκα, ἠγηγέρκειν. Excipe ἐληλύθειν, & ἐληλύθειν.

Aoristus primus.

B 1. Augmentum vtriusque Aoristi idem cum imperfecto, ἀνύω, ἤνυον.

2. PENULTIMA eadem quæ in futuro τύψω, ἔτυψα.

Exceptiones.

1. In quinta conjugatione si α fuerit penultima præsentis, mutabitur in η: ψαλῶ, ἔψηλα.

C 2. Si vero αι fuerit penultima præsentis, Atticè quidem vertetur in η vocalem, communiter vero in α longum: ὑφαίνω, ὕφηνα vel ὕφανα.

3. In eadem quinta conjugatione si penultima futuri fuerit ε aduocatur ι, vt fiat diphthongus ει: σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα.

4. At ι & υ breues in futuro, producuntur in Aoristo: κρίνω, ἔκρινα.

D 3. VLTIMAM primi Aoristi metimur è futuro, cujus seruatur characteristica sed ω migrat in α.

Exceptiones.

1. Quinque verba in Aoristo primo figuratiuam futuri non seruant, ἔπω, ἐνέγκω, τίθημι, δίδωμι, ἵημι: εἶπα, ἤνεγκα, ἔθηκα, ἔδωκα.

R

2. Quatuor verba reiecto ϛ figuratiuâ futuri, pure scribuntur in Aoristo, χέω, δϑέυω, σέυω, χέω vel κάω; ἔχευα, ἤλευα, ἔσευα, ἔκηα. A

Aoristus secundus.

1. Augmentum vt in Aoristo primo.
2. PENVLTIMA vt in futuro, τύψω, ἔτυπον.

Exceptiones. B

1. Nonnullę vocales & diphthongi futuri ita mutantur.

η	in	α		λήβω	λήψω	ἔλαβον	*accipio*
ω	in	α		τρώγω	τρώξω	ἔτραγον	*comedo*
ει	in	ι	{	λείπω	λείψω	ἔλιπον	*linquo*
				ἐρείπω	ἐρείψω	ἤριπον	*euerto*
ευ	in	υ		φεύγω	φεύξω	ἔφυγον	*fugio.* C

Pro αι, αυ, ου, rara occurrunt exempla.

2. Dissyllabi futuri penultima ε, si pręcedat aut sequatur aliqua immutabilis, migrat in α: δέρω, δερῶ, ἔδαρον.

Tria non mutant ε in α φλέγω, βλέπω, λέγω: ἔφλεγον. *At* τέμνω *facit* ἔτεμον & ἔταμον.

3. Quod si futurum trissyllabum fuerit, hîc retinetur ε: ἐρέφω *tego*, ἐρέψω, ἤρεφον: ὀφείλω, ὄφελον, D ὤφελον.

3. FIGVRATIVA eadem quę pręsentis: τύπτω, ἔτυπον. Nam desinentium in πτω, κτω, μνω, prior consonans est figuratiua.

Exceptiones.

1. In quarta coniugatione futurum ξω formatiuam habet γ, ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυγον: Futurum

A autem σω figuratiuam habet ψ. *Sed figuratiua ψ, vix vsurpanda.*

2. Quædam in Aoristo secundo figuratiuam præsentis non seruant; βλάπτω, ἔβλαβον, *&c.* *Vide pag. 58. B.*

Futurum primum.

B

1. Futura quatuor spiritum præsentis non seruant: τρέφω, θρέψω: θύφω, θύψω: τρέχω, θρέξω, ἔχω, ἕξω.

2. Penultima eadem quæ præsentis, τύπτω, τύψω. *Eam tamen non seruant*, πλέω, ῥέω, χέω, πνέω. *quæ habent futurum in* ευσω: *Vt* κλαίω, *&* κάω, *in* αυσω.

3. Quartæ coniugationis futurum polysyllabum in ίσω circunflectunt Attici tollendo ζ:
C κωθαρίζω, ίσω, κωθαριῶ.

4. In quinta coniugatione vltima futuri circunflectitur, penultima vero corripitur in Aoristo secundo & vtroque futuro, abijciendo alteram immutabilem, ψάλλω, ψαλῶ: aut vocalem subjunctiuam, φαίνω, φανῶ: aut breuiando ancipitem, κρίνω, κρινῶ.

D

Futurum secundum.

Fit à secundo Aoristo, ablato incremento, & ον verso in ῶ circunflexum, ἔτυπον, τυπῶ.

IMPERATIVVS.

Ab indicatiuo cæteri omnes pendent modi & participia, in quibus vox eadem præsentis & imperfecti: sic perfecti & plusquam perfecti.

1. Præteritum perfectum vbique seruat augmentum: Aoristi verò extra Indicatiuum minimè: τέτυπε, τύψον, τύπε. A

3. Primam personam imperatiuus nō agnoscit: loco illius assumitur prima pluralis subjunctiui. Futurum quoque neque hîc nec in subjunctiuo reperitur.

3. Imperatiui tertiam pluralem Attici faciunt similem genitiuo plurali participij eiusdem temporis: τυψάντων pro τυψάτωσαν. B

4. Secundus Aoristus vltimam grauat: τυπὲ: Sed acuuntur tres, ἐλθὲ, εὑρὲ, εἰπὲ.

5. Imperatiuus habet ω in omnibus tertijs personis, idque in omni voce & tempore.

OPTATIVVS.

1. Omnium optatiuorum penultima est diphthongus: in actiuis & medijs primi Aoristi αι: in Aoristo Æolico, & vtroque Aoristo passiuo, ει: in reliquis οι. C

2. Futurum secundum circunflectitur, alioqui vox eadem cum Aoristo secundo.

3. Aoristus Æolicus fit ab Aoristo primo indicatiui rejecto augmento & posito ει ante α: τύψειας, ε: αν. D

SVBIVNCTIVVS.

1. Subjunctiui omnia tempora in omni voce habent ω in primis personis & tertia plurarli.

2. In secunda & tertia singulari est ῃ diphthongus: τύπτῃς, τύπτῃ.

3. In duali & secunda plurali est η vocalis.

A

PARTICIPIVM.

Aoriſtus ſecundus Participij acuitur, τυπὼν, όντος: futurum ſecundum circunflectitur, τυπῶν τυπῦντος.

PASSIVI INDICATIVI

PRÆSENS.

B

1. Prima perſona in μαι purum (excepto perfecto) habet communiter ſecundam perſonam in ῃ diphthongum; & Atticè in ει: vt φαίνομαι, φαίνῃ vel φαίνει *videor: videris.*

Quatuor in communi lingua hũc Atticiſmum retinuerunt: βούλομαι, βούλει, οἴομαι, οἴει: ὄψομαι, ὄψει: ἔσομαι, ἔσει.

C 2. Verba in μι habent ſecundam perſonam in σαι, τίθεμαι, τίθεσαι. Quem morem in quibuſdam Barytonis cernimus; φάγομαι, φάγεσαι: & in circunflexis, καυχῶμαι, καυχᾶσαι.

3. Omne tempus deſinens in μαι vel μην, ſiue purum, ſiue non purum, habet θ in toto duali, & in prima & ſecunda pluralibus.

4. Μαι vel μην purum, habet σ ante θ in

D ſecunda & tertia duali, & ſecunda plurali.

5. Μαι purum aut non purum, habet ſecundam & tertiam dualis pares: μην impares.

6. Μαι purum habet tertiam pluralem in νται: μην purum in ντο.

Præteritum perfectum.

1. Præteritum paſſiuum fit à perfecto actiuo mutatâ vltimâ ſyllabâ in μαι.

2. In prima conjugatione ante μαι assumitur μ: A
secunda persona est in ψαι, tertia in πται: τέτυφα, τέτυμμαι, ψαι, πται.

3. Secunda conjugatio, & verba quartæ quæ illam sequuntur, ante μαι assumunt γ: secunda persona in ξαι, tertia in κται: λέλεχα, λέλεγμαι, ξαι, κται.

In supradictis coniugationibus, secunda & tertia dualis, & secunda pluralis, fiunt à tertia singulari mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas: τέτυπται, τέτυφθον: λέλεκται, λέλεχθον. B

4. In tertia coniugatione, & verbis quartæ quę illam imitantur, est collocandum σ ante μαι: secunda persona in σαι, tertia in σται: πέπεικα, πέπεισμαι, σαι, σται.

5. In quinta, verba quæ habent figuratiuam λ, ρ, & μ, mutant tantum κα in μαι: ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι, σαι, ται C

6. Verba in αίνω & polysyllaba in ύνω ante μαι capiunt μ, & Atticè σ in primis personis, & tertia plurali tantum, in cæteris personis manet ν: φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι vel πέφασμαι, φανσαι, φανται.

7. Dissyllaba in ίνω, είνω, ύνω, abijciunt ν, vt in actiuo, nec tamen assumunt σ ante μαι: κρίνω, D
κέκρικα κέκριμαι, σαι, ται.

8. Sexta coniugatio nunc accipit σ, ἀκούω, ἤκουσμαι: nunc non accipit, τοξεύω, τετόξευμαι. Si tamen habeat ν vel ω non assumit σ: exceptis ἔγνωσμαι, ἔζωσμαι, κέχρωσμαι, & κέχωσμαι. *Vide pag. 67. D.*

PENVLTIMA vt in præterito actiuo.

A

Exceptiones.

1. Dissyllaba primæ & secundæ coniugationis quæ in Attico præterito mutant ε in ο, hîc repetunt ε: λέλοχα, λέλεſμαι.

2. Quæ habent ρε cum aliqua consonante, vertunt ε in α: ἔστροφα, ἔσραμμαι. *Sed* βρέχω, βέβροχα, βέβρεſμαι.

B

Preteriti passiui secunda persona desinit in αι: τέτυψαι. Dicitur tamen μέμνη & μέμνησαι.

Perfecti & plusquam perfecti tertiam pluralem circumloquimur per participium præteriti temporis & verbum substantiuum, quoties tertia singularis desinit in ται vel πο non purum: τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί.

C

Plusquam perfectum.

Perfecti prima persona vertit μαι in μην: secunda & tertia αι, in ο: τέτυμμαι, ἐτετύμμην.

Aoristus.

1. Aoristus primus formatur à tertia perfecti, mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas, & αι conuerso in ην: τέτυπται, ἐτύφθην: λέλεκται, ἐλέχθην.

D

ἐῤῥώσθην & ἐμνήσθην assumunt σ, cum non sit in præterito: contra ἐσώθην perdit σ.

2. Penultima hujus temporis eadem quæ perfecti. At εὕρημαι habet εὑρέθην ab εὑρέομαι: ᾕρημαι, ᾑρέθην ab αἱρέομαι: ἔσχημαι, ἐσχέθην ab ἔχομαι: ἐπῄνημαι, ἐπῃνέθην ab ἐπαινέομαι.

3. Illa quę verterant in præterito passiuo ε in A
α, hîc resumunt ε, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην.

Aoristus secundus mutat ον actiui in ην: ἔτυπον, ἐτύπην.

Futurum & paulo post futurum.

Formatur vtrumque futurum à secundis personis Aoristorum reiecto augmento, & ad- B
dito ομαι: ἐτύφθης, τυφθήσομαι: ἐτύπης, τυπήσομαι.

Paulopostfuturum fit à secunda perfecti posito ομ ante αι, seruatque augmentum in omni τέτυψαι, τετύψομαι.

IMPERATIVVS.

1. Fit à secunda imperfecti reiecto augmento, C
habetque ς ante θ in omnibus alijs personis: ἔτυπτε, τύπτε, τυπτέσθω.

2. Perfecti secunda persona fit à secunda plusquam perfecti, sublato ε in verbis quę repetunt primam consonantem pręsentis in perfecto: ἐτέτυψο, τέτυψο.

3. Tertia vero à tertia eiusdem temporis
migrante το in θω, & tenui, si præcedat, in aspi- D
ratam mutatâ, τέτυπτο, τετύφθω. Quod si το sit purum, assumitur ς, ἐκέκριτο, κεκρίσθω.

4. Aoristi fiunt à tertia singulari Aoristorum indicatiui reiecto augmento, & addita τι in primo Aoristo, & θι in secundo: ἐτύφθη, τύφθητι: ἐτύπη, τύπηθι.

5. Tertia singularis vtriusque Aoristi, & reliqui numeri per τ, non per θ.

A

OPTATIVVS.

1. Tempora optatiui fiunt à similibus temporibus indicatiui mutato μαι in μην, posito οι in penultima: τύπτομαι, τυπτοίμην.

2. Aoristi formantur à primis personis Aoristorum indicatiui rejecto augmento, & inserto ι ante ην: ἐτύφθην, τυφθείην.

B 3. Optatiui habentes primam pluralem in ημεν syncopen patiuntur in numero plurali: vt τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν. *Excipe secundum pluralem Aoristi secundi.*

SVBIVNCTIVVS.

Aoristus vterque vbique circunflectitur.

C

INFINITIVVS.

1. Infinitiui tempora fiunt à secundis personis pluralibus similium temporum indicatiui, mutato ε in αι τέτυφθε, τετύφθαι.

2. Aoristi verò formantur à primis personis Aoristorum indicatiui reiecto augmento, & addito αι, accentu circunflexo in penultima,
D ἐτύφθην, τυφθῆναι.

PARTICIPIVM.

1. Participia fiunt à similibus temporibus indicatiui mutato μαι in μενος: Sed Aoristi vertendo η secundæ personæ in εί acutum, augmento remoto: τύπτόμαι, τυπτόμενος: ἐτύπης, τυπείς.

2. Accentus perfecti in penultima: reliquorum in μενος in antepenultima.

 A

VERBVM MEDIVM.

1. Medium præteritum perfectum formatur ab actiuo, collocatâ figuratiuâ Aoristi secundi pro figuratiua præteriti actiui: τέτυφα, ἔτυπον, τέτυπα.

2. Penultima eadem quæ in actiuo.

Exceptiones. B

1. Vocalis α præsentis in duobus mutatur in η: θάλλω, τέθηλα: κλάζω, κέκληγα.

2. Dissyllabi futuri penultima ε migrat in ο: πείρω, περῶ, πέπορα.

3. Diphthongus αι præsentis transit in η diphthongum: μαίνω, μέμηνα.

4. Diphthongus ει futuri, vertitur in οι: πείθω, C πείσω, πέποιθα.

Aoristi.

Aoristus primus ducitur ab Aoristo primo actiuo addito μην: secũda persona in ω: reliquę per α: ἔτυψα, ἐτυψάμην, ἐτύψω, ατο.

Aoristus secumdus fit à secundo actiuo interferendo μη inter ο & ν: ἔτυπον, ἐτυπόμην. D

Futura.

1. Futurum primum fit ab actiuo, ω in ομαι verso: τύψω, τύψομαι.

2. Futura prima media à verbis quintæ conjugationis & à pollysyllabicis in ιζω, mutant ῶ circunflexum in οῦμαι: ψαλῶ, ψαλοῦμαι: καθαριῶ, καθαριοῦμαι.

A 3. Quinque vtramque declinandi formam retinuerunt; θέω, πλέω, φεύγω, κλαίω, & χέζομαι, θεύσομαι & θευσοῦμαι, &c.

4. Futurum secundum fit ab actiuo vertendo ῶ circunflexum in οῦμαι: τυπῶ, τυποῦμαι.

IMPERATIVVS.

B Aoristus primus desinit in αι: secundus in οῦ circunflexum. Vterque habet ζ ante θ in omnibus personis: τύψαι, ψάσθω: τυποῦ, πέσθω.

1. Aoristus primus optatiui in αίμην: alia tempora in οίμην.

2. Hic Aoristus secundus acuitur, futurum vero secundum circunflectitur.

Subjunctiui vterque Aoristus in ωμαι.

C 1. Perfectum infinitiui fit à tertia singulari perfecti indicatiui addito ναι, acuendo penultimam: τέτυπε, τετυπέναι.

2. Reliqua tempora fiunt à secundis personis pluralibus similium temporum indicatiui, mutato ε in αι, τύπτεσθε, τύπτεσθαι. Aoristus secundus penultimam acuit; futurum secundum circunflectit: τυπέσθαι, τυπεῖσθαι.

D

VERBA CIRCVNFLEXA.

Regulæ verborum circunflexorum vt in Barytonis. Supersunt tantùm pręsens & imperfectum, in quibus locum habet contractio.

1. PRIMÆ cõiugationis figuratiua est ε; quod si subsequatur aliud ε, cõtractio fiet in ει: si ο, in ου.

2. Reliquæ omnes contractiones fiunt tollendo ε figuratiuam. A

3. In prima coniugatione verba dissyllaba non circunflectuntur in primis personis & tertia plurali. In imperatiuo tamen vulgo circunflectuntur. πλέω, ῥέω, χέω, δέω.

Aoristus secundus in verbis circunflexis rarus est. Futurum fucundum & præteritum medium vix sunt in vsu. *Vide pag.* 83. *A. B. C.* & 87. *A.* B

4. Optatiui circunflexi præsens actiuæ vocis Attici per ην purum flectere solent in qualibet coniugatione contractorum, mutando μι contractæ jam vocis in ην & retentâ semper vocali η: ποιοῖμι, ποιοίην, τοίης, τοίη.

---

1. Secvndæ coniugationis figuratiua est α: post quod si sequatur ο vel ω, contractio fiet in ω: Reliquæ omnes fiunt in ω. C

2. Si ante contractionem fuerit ι, post contractionem subscribitur: si υ, deperditur.

Tertiæ coniugationis figuratiua est ο: post quod ε, ο, ου, vertuntur in ου: ει, οι, η, in οι: η & ω in ω. In infinitiuo ει coalescit in ου. D

VERBA IN MI.

Trium temporum hîc solum habenda est ratio, præsentis, imperfecti, & secundi Aoristi: alia tempora vt in Barytonis & circunflexis.

1. Medio præterito carent, item futuro secundo, perinde atque circunflexa.

A 2. Secundum Aoriſtum paſſiuum quidem ignorant, at medium rite formant, vt & actiuum.

INDICATIVVS.

1. Mutato μι primæ perſonæ in ς habetur ſecunda perſona præſentis: huic ſi addas ι, erit tertia: τίθημι, τίθης, τίθησι.

B 2. Tertia perſona pluralis in præſenti & futuro omnium verborum actiuorum ſimilis eſt datiuo plurali participij eiuſdem temporis & vocis. In prima verò coniugatione verborum in μι Ionicè fit in έασι: in ſecunda ᾶσι: in tertia όασι: in quarta ύασι vel ύουσι: τιθεῖσι, θέασι: ἱστᾶσι: διδοῦσι, δόασι: ζευγνῦσι, νύασι, vel νύουσι.

1. Imperfectum formabis à præſenti verſo μι

C in ν, addito augmento: mutando ν in σ, fiet ſecunda perſona; & tertia tollendo ς, ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη.

2. Formatur etiam imperfectum accipiendo perſonas verborum circunflexorum in tribus primis coniugationis: ἐτίθουν, θεις, θει.

3. Dualia actiua præſentis & imperfecti, itemque prima & ſecũda perſona pluralis aſſumunt

D vocales breues; primę cõiugationis ε; ſecundæ α; tertiæ ο; quartæ υ: τίθετον, τίθεμεν, τίθετε.

Aoriſti ſecundi fiunt à primo futuro vertendo σω in ν, aſſumptoque augmento: θήσω, ἔθην.

Dualia & pluralia primæ coniugationis habent ε.

IMPERATIVVS.

1. Formatur in omni coniugatione, vel à prima pluralis indicatiui mutãdo μεν in θι: ἵσταμεν,

ἵςαθι: vel eſt contractio, τίθει ex τίθεε: aut tertia A
perſona imperfecti reiecto augmento, τίθη.

2. Aoriſtus ſecundus imperatiui omnium coniugationum, fit à tertia Aoriſti ſecundi indicatiui addito θι: ἔςη, ςῆθι. Excipe δὸς, & verba primæ coniugationis quæ habent Aoriſtum ſecundum imperatiui in ες: θὲς, θέτω: ἕς, ἕτω

In formatione præſentis & Aoriſti ſecundi optatiui primæ coniugationis non errabis ponendo ι in penultima: τιθείην, θείην, εινς, ειη. B

Pręſentis ſubiunctiui perſonæ, ſunt tantum contractiones à verbis in εω: θέω, τιθῶ, τιθῇς, ῇ.

Infinitiui præſens in qualibet coniugatione, fit à prima plurali indicatiui, mutato μεν in ναι accentu in penultima τίθεμεν, τιθέναι.

Aoriſtus ſecundus infinitiui cujuſ-libet coniugationis fit ab Aoriſti ſecundi indicatiui primâ perſonâ addito αι. Excipe δῦναι. C

1. Participij pręſens fit à ſecundâ indicatiui mutato η in ει accentum: τίθης, τιθείς.

2. Aoriſtus ſecundus participij fit à præſenti tollendo τι: τιθεὶς, θείς.

PASSIVVM.

D

Paſſiui pręſens ducitur ab actiuo in omni coniugatione mutatâ vocali longâ in breuem: τίθημι, τίθεμαι: ἵςημι, ἵςεμαι.

Pręſens optatiui paſſiui primę coniugationis habebis retinendo ι pro penultima: τιθείμην, θεῖο, θεῖτο. Subiunctiui paſſiui pręſens habet contractiones à verbis in έωμαι, ῶμαι: τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται.

A

MEDIVM.

Aoriſtus ſecundus medius fit ab Aoriſto ſecundo actiuo mutatâ longâ in breuem, & interjectâ ſyllabâ μη: ἔθην, ἐθέμην: ἔδων, ἐδόμην.

penultima Aoriſti ſecundi optatiui eſt ει vel οι: θείμην, vel θοίμην.

B

SECVNDA CONIVGATIO.

Aoriſtus ſecundus indicatiui & imperatiui verborum ſecundę & tertię coniugationis ſeruat vocalem lõgam in omnibus numeris: ἔστητον, πήτην, ἐγνῶτον, γνώτην. Præter δίδωμι quod penultimam dualis corripit.

C Optatiuus ſecundæ coniugationis in pręſenti actiui paſſiui, & in Aoriſto ſecundo actiui, habet penultimam αι: ἱσταίην, σταίην, ἱσταίμην.

Subiunctiui pręſens: actiuum habet contractiones à verbis in άω, paſſiuum in άωμαι: ἱστῶ, ἱστῶμαι.

Participij pręſens fit à ſecunda perſona indicatiui, mutando η in ά acutum: ἵστης, ἱστάς.

D Aoriſtus ſecundus participij fit à pręſenti tollendo ι, ἱστάς, στάς.

PASSIVVM.

Optatiui paſſiui ſecunda & tertia ſingularis, ſecunda dualis, ſecunda & tertia pluralis, circunflectuntur, ſi optatiuus actiuus ſit in vſu, ἱσταίμην, ἱσταῖο, ἱσταῖτο: alioqui accentus acutus eſt in antepenultima, δυναίμην, δύναιο, δύναιτο.

In ſecunda coniugatione Aoriſtus ſecundus medius deſideratur. A

TERTIA CONIVGATIO.

Verba tertiæ coniugationis in μι habent ω in omnibus perſonis præſentis ſubjunctiui actiuæ & paſſiuæ vocis, διδῶ, διδῷς: διδῶμαι, διδῷ.

Tertiæ coniugationis in μι vix aliud verbum præter δίδωμι habet vocem mediam. B

QVARTA CONIVGATIO.

Quartæ coniugationis verba inueſtigabis hoc modo. Muta μι in ω, deinde tolle υ & ν ſiue ſimplex ſiue duplex, tum occurret verbum Barytonum, vnde regulariter formabis reliqua tempora: ζεύγνυμι, ζεύγω, futurum ζεύξω, ἔζευξα. C

Quarta coniugatio Aoriſt. ſecundum habet in verbis tantùm diſſyllabis, à futuro mutando σω in ν: κλύσω, ἔκλυν, idem cum imperfecto.

Optatiui & ſubiunctiui præſens non habent verba in υμι, ſed accipiunt à verbis in ύω: ζευγνύοιμι à ζευγνύω.

FINIS.



